JOHANNIS POSSELII

ΣΥΝΤΑΞΙΣ GRÆCA,

utiliſsimis exemplis illuſtrata;

unà cum Regulis ejuſdem de Accentibus,

&

VARENNII de iiſdem tractatu.

Adjecto ad calcem Indice.

Aa. 5.35

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

CANTABRIGIÆ,

Ex officina *Rogeri Danielis* almæ Academiæ Typographi.

Proſtant apud *Franciſcum Eaglesfield*, ſub ſigno Calthæ in D. Pauli cœmeterio.

CIↃ IↃC XL.

16 6 2

185-09

Nobilitate ſtemmatis, præclarâ indole & virtute Juveni ornatiſſimo,

HENNINGO RVMOER

Holſato, hæredi in Roiſt &c.

JOHANNES POSSELIUS S.

VErè ab Horatio dictum eſt, Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui. *Etſi enim aliæ etiam linguæ ſuam elegantiam habent, tamen res ipſa oſtendit non ſolùm Græcos omnes artes & diſciplinas, quotquot unquam fuerunt, velliùs, ſplendidiùs & copioſiùs perluſtraſſe & tradidiſſe, verùm etiam, ſi alio ſermone illas exprimere & efferre conéris, plurimum neceſſariæ lucis, propriæ veritatis ac nativæ venuſtitis amitti. Ideo Cicero, cùm amico illud Ariſtippi ſcriberet,* HABEO, NON HABEOR A LAIDE, Græcè, *inquit*, meliùs. *Et D. Hierenymus diſertè affirmat proprietatem Græcam Latino ſermone exprimi non poſſe. Idem & Gellius teſtatur, ubi inquit*, Adjeci ſæpe animum ad vocabula rerum non pauciſſima, quæ neque ſingulis verbis, ut à Græcis, neque ſi maximè pluribus eas res verbis dicamus tam dilucidè támque aptè demonſtrari Latinâ oratione poſſunt, quàm Græci ea dicunt primis vocibus. *Et paulò pòſt*, Sed hujus, inquam, tui erroris culpam eſſe intelligo in mea ſcilicet infacundia, qui nè pluribus quidem verbis potuerim non obſcuriſſimè dicere quod à Græcis perfectiſſimè uno verbo & planiſſime dicitur, *&c. Si igitur Latinus ſermo Græcum uſquequaque exprimere non poteſt, cui conjunctiſſimus ac propè germanus eſt, multò minùs aliæ linguæ, quibuſcum*

buſcum nullum illi commercium, nulla affinitas eſt, id præſtabunt.

Quid quòd Latini autores non modò res optimas, ex lympidis Græcorum fontibus hauſerunt, ſuiſque ſcriptis tam ſolutâ quàm ligatâ oratione editis eas inſeruerunt, ſed etiam multis in locis Græcam conſtructionem & phraſin retinuerunt, quæ ſine linguæ Græcæ cognitione nec rectè intelligi nec dextrè aliis explicari poſſunt. Exempla autem cùm in hoc libello non pauca à me collecta exſtent, commemoratio eorum hoc loco ſupervacanea eſt.

Vt non dicam Græcæ conſtructionis inſcitiam, in Sacrarum literarum tranſlatione multas abſurdas ſententias & opiniones peperiſſe. Id quamvis multis exemplis probare poſſem, tamen brevitatis cauſâ uno atque altero teſtimonio contenti erimus. In ſecundo capite ad Philippenſes Paulus graviſſimam adhortationem ad humilitatem inſtituens, hâc formâ verborum utitur, Is affectus ſit in vobis qui fuit in Chriſto Jeſu, qui cùm eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo. *Hîc homo non aſſuefactus ad Græcam conſtructionem, nihil intelligit, & inſulſitate commentariorum multò magis offenditur. Eſt autem hæc ſententia Pauli,* Chriſtus, cùm eſſet in forma Dei, id eſt, ſapientia & potentia æqualis Patri, tamen hoc tempore humiliationis, cùm pro nobis victima factus eſt, non rapuit æqualitatem Dei, id eſt, non eſt uſus ſuâ potentiâ contra vocationem, non exſeruit ſuas vires, ſed ſemetipſum humiliavit & exinanivit, formam ſervi accipiens: Ità ſinguli Chriſtiani ſe humiliter demittant, non appetant majora vocatione, non deſpiciant alios, non agitentur ſtimulis ſuperbiæ, æmulationis, livoris, invidiæ; non ſtudeant alios premere utiliter ſervientes, *&c. Hanc eſſe veram & genuinam verborum Pauli ſententiam, Græcus textus hiſce verbis clarè oſtendit;* [a]Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλε λαβών, *&c.*

Sic in Syrach. cap. 18. *exſtat hoc dictum,* Ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ. *quod vetus tranſlatio reddidit,*

reddidit, Qui vivit in æternum, creavit omnia simul. Hino nonnulli, inter quos & Augustinus fuit, ratiocinati sunt, Non intervallo sex dierum, sed simul & semel, eodem temporis momento, omnes res à Deo conditas esse: cùm sententia sit, Omnia sine ulla exceptione, non simul tempore, sed communiter, generaliter & universaliter, condita esse: contra Manichæos, qui furenter clamitarunt, non totum mundum, sed partem duntaxat mundi à Deo conditam esse. Nam adverbium κοινῇ non determinat verbum ἔκτισε, sed universalem particulam πάντα. non igitur ad tempus creationis referri debet, sed ad universalitatem. Hanc Syntaxin cùm quidam ex veteribus ignorarent, moverunt quæstionem de momentanea creatione. Sed longum esset præcipuas tantùm corruptelas, quæ ex sola linguæ Græcæ inscitia in Ecclesiam jam longo tempore irrepserint, commemorare. Hæc autem breviter recitare volui, ut cogitemus multas & graves causas esse cur lingua Græca sedulò & fideliter in omnibus piis & bene constitutis scholis juventuti tradenda sit; nisi barbariem, & quidem multò majorem quàm superioribus annis fuit, rursus in Scholas & Ecclesias nostras invadere velimus.

Cùm autem hic liber rationem & modum Græcæ constructionis monstrans, correctus, & cùm aliis rebus tum accessione Indicis & doctrinæ de Accentibus (hanc enim existimavi integrè & perspicuè traditam, Syntaxi addendam esse, maximè cùm ejus cognitio Græcæ linguæ studiosis prorsus necessaria sit) recèns auctus, edendus esset, tibi, Nobilissime adolescens Henninge, eum peculiariter dedicare volui. Ut enim modestiâ & generosâ illâ indole tuâ valde delector, quam non dubito paulò pòst parentibus & amicis tuis honori, & patriæ usui ac ornamento fore; ità non possum non vehementer laudare clarissimorum parentum tuorum prudentiam & magnificentiam singularem, quæ hinc clarè elucet, quòd non solùm te discendi causâ in hanc Academiam Rostochiensem, tanquam ad mercaturam bonarum artium, miserunt, sed etiam reliquos nobilissimos

biliſsimos fratres tuos, Dethlevum, Henricum & Caium, (*quos omnes honoris causâ nomino*) *in juventute, omnium bonarum artium doctrinâ præclarè erudiri curarunt, & in celeberrimis Germaniæ Academiis non ſine magnis ſumtibus aluerunt. Re ipsâ enim declarant, ſe optimè intelligere, veram nobilitatem eſſe, non majorum tantùm dignitatem & opes poſteris relictas, ſed virtutem præcipuè, ſapientiam, & doctrinam, quæ gloriæ Dei, Reipublicæ, & aliis hominibus utiliter ſervit, & propter ſua in alios merita multis hominibus nota eſt. Unde & Nobilitas ſuam appellationem habet. Quam veræ nobilitatis laudem quò faciliùs & tu conſequaris, neque in hac juvenili ætate, quæ plerunque lubrica eſt, à ſcopo aberres, ſapienti conſilio te docto & honeſto adoleſcenti Johanni Monrado, qui & morum formator & ſtudiorum tuorum gubernator ſit, commendarunt. Planè itaque non dubito, quin ſi Deus vitam tibi conceſſerit, ſimilis futurus ſis cùm aliis præſtantibus viris qui in ampliſſima familia tua partim illuſtres fuerunt partim adhuc ſunt, tum maximè optimo viro* Henningo Rumoer *avo & homonymo tuo, piè defuncto, necnon magnifico Heroi*, Dethlevo Ranzovio, *Domino in* Kleet Kampe *& præſidi in Monaſterio Ciſmar, avunculo tuo: cujus fidem, integritatem & prudentiam eximiam quanti fecerit laudatiſsimus Holſatiæ Princeps* Adolphus, *hinc facilè apparet, quòd cùm videret ſibi ex hac ærumnoſa vita in cœleſtem patriam migrandum eſſe, hunc ex illis unum eſſe voluit quorum tutelæ inclytos & chariſſimos ſuos liberos commendaret. Bene & feliciter vale.*

Roſtochii, Anno 1589.

De

De Syntaxi Nominum

REGULA 1.

ADjectivum nomen, pronomen, participium & Subſtantivum eòdem genere, numero & caſu cohærent: ut,

Menand. Χρηστὸς ἀνὴρ ὄτι κοινὸν ἀγαθόν, *Bonus vir eſt commune bonum.*

Philo. Χαλεπὸν συνήθειαν μακρὰν ἰάσασθαι, *Difficile eſt longam conſuetudinem curare* vel *corrigere.*

Eurip. Πᾶν σύντροφον γλυκύ, *Omne id, cui innutriti ſumus, dulce eſt.*

Οὐ νόμος, ὐ δεκάς, μ' ὐκ ἔργματα καλὰ σαώσει·
Σὴ δ' χάρις σὺς τ' οἰκτος ἐμοὶ πάρεσε βεβύλω,
Ἣν μέγιλω δειλοῖσιν, Ἄναξ, πόρες ἐλπίδ' ἀλιβοῖς.

Non lex, nec decimæ, nec opera bona me ſalvabunt: Sed tua gratia, tuáq; miſericordia mihi inſtilletur polluto, Quam ſolam miſeris, ô Rex, exhibes ſpem peccatoribus,

Nazianz.

Hippocr. in juramento; Ἁγνῶς δὲ ὁσίως παρήσω δὲ τὸν βίον ἐμὸν δὲ τὰ τέχνα ἐμήν, *Caſtè & ſanctè conſervabo & vitam meam & profeſſionem meam.*

Eusgr. Φυτὸν μεταφερόμενον σωφρόνως καρπὸν ὐ ποιεῖ, *Planta ſæpe tranſpoſita non fert fructum.*

Baſil. Παρέκειτο ἀνάπαυσις αἰωνία τοῖς νομίμως τὸν ἐντεῦθεν διαθλήσασι βίον, ὐ κατ' ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδιδομένη, ἀλλὰ δι' χάριτος τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ, τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχομένη, *Propoſita eſt recreatio æterna iis qui legitimè in hac vita militant, non tanquam merces pro operibus debita, ſed gratis data ex immenſa liberalitate Dei ſperantibus in ipſo.*

REGULA 2.

In quibuſdam adjectivis certa quædam ſubſtantiva ſubaudienda ſunt: ut, πρὸς ὀρθήν, *ad rectam lineam*, & *ad rectum angulum*. ſubintelligitur γραμμὴν, aliquando γωνίαν. πρὸς ὀρθὰς, *ad angulos rectos*. Sic εὐθεῖα reperitur, pro εὐθεῖα γραμμὴ, εὐθεῖα ὁδὸς, εὐθεῖα δίκη, *directa linea, recta via, juſta pœna*. ſubaudito ſubſtantivo pro loco. Sic ἑτέραν τρέπεσθαι, *aliò ſe convertere*, vel, *aliò iter convertere*. τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι, *ire viam quæ ducit ad mortem*. τῷ ἐπὶ θανάτῳ κρινόμενος, *condemnatus ad mortem*. ſubaudi ὁδόν.

Luc. 14. Ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, *Cœperunt uno ore ſe omnes excuſare*. ἀπὸ μιᾶς, ſc. φωνῆς.

Syneſ. Τὴν ἀρετὴν ἐκ νέας ἄσκει, *Virtutem à pueritia exerce*. ἐκ νέας, ſc. ὥρας.

Ἀντλεῖν ἀμφοτέραις, *haurire ambabus manibus*. deeſt χερσί. Τῇ μὲν ὕδωρ φέρει, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ πῦρ, *Unâ manu geſtat aquam, alterâ ignem*. deeſt χειρί.

Xenoph. Ἐι στρατεύσαιτό τε εἰς πολεμίαν, *Si quando exercitum duxerint in hoſtilem*. ſupple χώραν, *regionem*.

Talia ſunt, πρότεραία, ὑστεραία, ἑπομένη, *prior, poſterior, ſequens*, ſc. ἡμέρα, *dies*.

Matth. 10. Ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ, ἀ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ, *Quicunque ad bibendum dederit ex puſillis his poculum aquæ frigidæ, non perditurus eſt mercedem ſuam*. ψυχροῦ, ſc. ὕδατος.

EXCEPTIO.

Attici uſurpant vocativum pro nominativo, & contra nominativum pro vocativo: ut, Homerus; ἱππόται Νέστωρ, pro ἱππότης, *eques Neſtor*: νεφεληγερέτα Ζεύς, pro νεφεληγερέτης, *nubes-excitans Jupiter*: εὐρυόπα Ζεύς, *latè ſonans Jupiter*. Sic Virg. 2. Æneid.

——*quibus, Hector, ab oris*
Exſpectate venis. pro *exſpectatus*. & Perſius, Sat. 3. *Cenſorémve tuum vel quòd trabeate ſalutat.*

pro

pro *trabeatus*. Iterum Virg.

Adſis lætitiæ Bacchus dator.——

pro *Bacche*. Idem, Eclog. 7.

Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra,
Solſtitium pecori defendite,——

pro, *arbute, quæ tegis eos rarâ umbrâ*, &c.

REGULA 3.

Uſitatum eſt Græcis, ſubſtantivo maſculini aut fœminini generis jungere adjectivum neutrum: ut,

Baſil. Μόνη κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφαίρετον, *Sola ex poſſeſſionibus virtus auferri non poteſt.*

Soph. Ὀρθὸν ἡ ἀλήθεια ἀεί, *Veritas ſemper recta & juſta eſt.* Homer. Ἰλ. β'.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Non utile eſt multorum imperium: unus tantùm rex iſto.

Ἡ ποικιλία τερπνόν, *Varietas grata eſt.*

Plutarch. in πολυφιλίᾳ· Σπάνιον καὶ δυσεύρετον ὅτι φίλος βέβαιος, *Rarus eſt & inventu difficilis firmus & conſtans amicus.*

Sic Latini; *Varium & mutabile ſemper fœmina.*

Item; *Triſte lupus ſtabulis.*——

Poteſt etiam ad Ellipſin referri, ut ſubintelligatur χρῆμα, id quod & additur nonnunquam: ut,

Epict. Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἀΐδιον, *Immortalis res & ſempiterna eſt veritas.*

REGULA 4.

Adjectiva compoſita & derivativa in ος deſinentia ferè communiter accipiuntur: ut,

Plato 5. De leg. Ἡ τιμωρία ἀδικίας ἀκόλουθος, *Pœna injuſtitiæ comes eſt.*

Nazianz. Ψυχὴ πᾶσα ἀνυθέτητος, ἀδιορθώτος, *Omnis anima repudians admonitionem incurabilis eſt.*

Nicephor. Ἱερὰ δίκη ἀγρυπνός ὅτι τοῖς τῶν ἀσεβῶν πονηρίαις, καὶ κἂν πόδας ἐπιζεύσαι, *Divina vindicta non*

dormit, ſed è veſtigio ſequitur impiorum ſcelera.

Nazianz. Ὁμοίως ὄξι κακὸν ἡ ἄνεσις ἀσωφρόνιστος, καὶ κατάνευσις ἀσυγχώρητος· ἡ μὲ ὄλλυ ἐφιεῖσα τιὼ ἡνίαν, ἡ δὲ τῷ σφοδρῷ κατάγχουσα, *Utrunque malum eſt, indulgentia blanda, & implacabilis ſeveritas: Ut enim illa nimiùm laxat habenas, ità hæc immodicâ aſtrictione ſtrangulat.*

REGULA 5.

Sæpe ſubſtantivum adjectivo non reſpondet caſu, ſed eleganter permutatur genitivo plurali, qui plerunque veſtitus eſt articulo: ut,

Euſeb. Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὶ μὲ πολλὰ χρήματα ἔχοντας, κἂν φαύλως ὄντας, τιμῶσί τε καὶ θαυμάζουσι, *Homines vani illos qui magnas facultates habent, etiamſi mali ſint, tamen colunt & admirantur.* pro ὁι μάταιοι ἄνθρωποι.

Iſocrat. in Paneg. Τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ὄξι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς, *Viris bonis & honeſtis multò optabilius eſt honeſtè mori quàm turpiter vivere.* pro τοῖς ἀνδράσι καλοῖς, &c.

Si verò adjectivum permutatur genitivo plurali, aliud ſignificatur: ut, Ἄνθρωποι τῶν πλουσίων σώζονῦ, *Homines quidam ex divitibus ſalvantur.*

Duo quoque adjectiva hoc modo componi poſſunt: ut, Τὰ μέτρια τῶν κακῶν ἐνίοτε μεγάλων ἐυτυχημάτων βελτίω ὄξι, *Mediocria mala ſæpe magnis ſucceſſibus præſtantiora ſunt.* Sic Plinius; *Canum degeneres caudam ſub alvum deflectunt.* Idem; *Nigræ lanarum nullum colorem bibunt.* pro *canes degeneres*, & *nigræ lanæ.*

APPENDIX.

Hæc Syntaxis etiam in participiis tum activæ tum paſſivæ votis ſervatur: ut,

Iſocrat. Οἱ ἐυφρονοῦντες τῶν ἀνθρώπων ταῖς πράξεσιν ἀνακρίνονται, *Viri ſapientes actionibus probantur.* pro, ὁι ἐυφρονοῦντες ἄνθρωποι.

Idem,

Idem, ad Demon. Ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα, *Cole exercitia corporis, non illa quæ ad robur, ſed quæ ad bonam valetudinem utilia ſint.* pro Ἄσκει τὰ περὶ τὸ σῶμα γυμνάσια, &c.

Idem, in Areopag. Οἱ μὴ κακῶς πεπαιδευμένοι καὶ τοὺς ἀκριβῶς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους τολμῶσι παραβαίνειν, *Qui malè educati ſunt, audent leges etiam optimè ſcriptas violare.* pro, τοὺς νόμους ἀκριβῶς γεγραμμένους.

Idem, ad Nicocl. Περὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν πραγμάτων ἀναγκαῖόν ἐστι πολλοὺς φόβους γίγνεσθαι, *Res occultas & veſtras neceſſe eſt multos terrores comitari.*

REGULA 6.

Sæpe concretum ſeu adjectivum cum articulo neutri generis, pro ſubſtantivo ſeu, ut vocant, abſtracto habetur: ut,

Theopomp. Μήτε αἴτιον κακῶν τὸ θεῖον ὑπολάμβανε, μήτε χωρὶς αὐτοῦ δυστυχεῖν ἡμᾶς νόμιζε, *Nec Deum cauſam malorum eſſe, nec ſine eo nos ærumnis conflictari ſtatuas.* τὸ θεῖον, pro τὸν θεόν.

Epict. Ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές, *Ubi utilitas apparet, ibi etiam eſt pietas.*

Ariſt. Eth. 8 Μέγα πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον καὶ τὸ ἡλικίαν, *Multum confert ad amicitiam conciliandam & educationis communitas & ætatis competentia.*

Demoſth. Philipp. Τὸ εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον, ἆρ' ὑπὲρ μικροῦ τινος, ἆρ' ὑπὲρ μείζονος παραβαίνῃ, τίν' αὐτῷ ἔχει δύναμιν, *Nihil intereſt, utrùm religio & juſtitia in parvis an in magnis violetur.*

Idem, Πολλῶν τὸ σοφὸν ἠλίθιόν ἐστι, *Multorum ſapientia ſtultitia eſt.*

REGULA 7.

Græci ſæpiſſime neutris adjectivorum utuntur: Latini verò nunc neutris utuntur, nunc fœmininis, adjecto Rei nomine: ut,

Iſocrat. Περὶ τὸ κεφάλαιον τῆς φιλοσοφίας διατείβειν δεῖ, *In præſtantiſſima Philoſophiæ parte ſtudium & opera ponenda*

nenda est. Hìc Latini non dicunt, *optimum Philosophiæ*, sed addunt substantivum *pars* vel *munus*: ut, περὶ τὸ κράτιστον, *in præstantissima parte* vel *munere*. ἐν πολλοῖς, *In multis rebus*.

Aristot. Ethic. 3. Φοβέμεθα τὰ φοβερά, *Timemus eas res omnes quæ formidolosæ sunt*. Sic, τὰ μεγάλα, *res magnæ*. τὰ χαλεπὰ, *res arduæ*. τὰ συμφέροντα, *res utiles*. τὰ ἐπίπονα, *res plenæ laborum*, &c.

Antigon. Τὰ μεγάλα καλὰ ἄνευ μεγάλων κακῶν οὐκ ἔστι, *Res magnæ & præclaræ sine magnis malis & miseriis non sunt*.

Sic ubi Latini dicunt, *Ea quæ præclara sunt*, &, *Ea quæ acerba sunt*, &c. Græci dicunt, Τὰ καλὰ, Τὰ δεινὰ, &c.

REGULA 8.

Hi Genitivi pronominum primitivorum, μοῦ, σοῦ, ἡμῶν & ὑμῶν, ponuntur pro possessivis, *meus, tuus, noster & vester*, in omni genere, numero & casu: ut,

Sirach. 7. Ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σε μιμήσκου τὰ ἔσχατά σε, καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσεις, *In omnibus operibus tuis memento finis tui, & non peccabis*. pro ἔργοις σοῖς, & ἔσχατα σά.

Matth. 6. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *Pater noster qui es in cœlis*. pro Πάτερ ἡμέτερε.

Matth. 10. Ὑμῶν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν, *Omnes capilli capitis vestri numerati sunt*.

Psal. 27. Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με, *Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumsit me*. pro πατὴρ ἐμὸς & μήτηρ ἐμή.

Exod. 20. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς, *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram*. pro πατέρα σὸν & μητέρα σήν.

APPENDIX.

Utuntur etiam derivatis possessivis pronominibus, quibus oratores plerunque addunt articulum: ut, ὁ πατὴρ ὁ ἐμός,

ἐμὸς, *pater meus:* pro ὁ πατήρ μου. ἡ μήτηρ ἡ σή, *mater tua:* pro ἡ μήτηρ σου. Τὸν λόγον τὸν ὑμέτερον χρὴ πάντοτε ἅλατι ἠρτυσμένον εἶναι, *Sermo vester debet semper sale conditus esse.* Τὴν ὁμόνοιαν τὴν ὑμετέραν οἱ πολλοὶ μισοῦσι, *Concordiam vestram vulgus odit,* Isocr.

REGULA 9.

Cùm autem manetur in eadem persona, utuntur genitivis compositorum ἐμαυτοῦ & σαυτοῦ: ut, Ἐγὼ τὸν πατέρα ἐμαυτοῦ ἀγαπῶ, *Ego patrem meum diligo.* Ἐπισκόπει ἀεὶ τοὺς λόγους τοὺς σαυτοῦ, *Semper habeas rationem sermonum tuorum,* Isocr. ad Nicocl. Sed de hac constructione vide infrà latiùs, De compositis pronominibus, reg. 11.

REGULA 10.

Duobus vel pluribus substantivis subjicitur adjectivum plurale neutrum: ut,

Arist. Eth. 4. Αἱ δυνάσται καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμὴν ἐστιν αἱρεταί, *Potestas & divitiæ propter honorem expetendæ sunt.* Isocr. Euagor. Εὐαγόρας παῖς μὲν ὢν ἔρρωτο καὶ σωφροσύνην, ἃ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέστατα τοῖς νεωτέροις ἐστί, *Euagoras, cùm puer esset, viribus & modestiâ, quæ inter alia bona eam ætatem maximè decent, excelluit.* Sallust. *Divitiæ, decus & gloria in oculis sita sunt.*

REGULA 11.

Relativum cum antecedente substantivo necesse est genere & numero consentire: casu non semper convenit; nam is sæpe sequenti verbo respondet. Hom. Ὀδυσ. ά.

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Cantio enim hæc hominum longè est celeberrima vulgo
Et gratissima, quæ nuperrima venit in aures.

EXCEPTIONES.

1. Relativum Atticè convenit casu cum antecedente substantivo, nullâ ratione habitâ verbi sequentis: ut,

nenda eſt. Hìc Latini non dicunt, *optimum Philoſophiæ*, ſed addunt ſubſtantivum *pars* vel *munus*: ut, περὶ τὸ κράτιστον, *in præſtantiſſima parte* vel *munere*. ἐν πολλοῖς, *In multis rebus*.

Ariſtot. Ethic. 3. Φοβόμεθα τὰ φοβερά, *Timemus eas res omnes quæ formidoloſæ ſunt*. Sic, τὰ μεγάλα, *res magnæ*. τὰ χαλεπὰ, *res arduæ*. τὰ συμφέροντα, *res utiles*. τὰ ἐπίπονα, *res plenæ laborum*, &c.

Antigon. Τὰ μεγάλα καλὰ ἄνευ μεγάλων κακῶν οὐκ ἔστι, *Res magnæ & præclaræ ſine magnis malis & miſeriis non ſunt*.

Sic ubi Latini dicunt, *Ea quæ præclara ſunt*, &, *Ea quæ acerba ſunt*, &c. Græci dicunt, Τὰ καλὰ, Τὰ δεινὰ, &c.

REGULA 8.

Hi Genitivi pronominum primitivorum, μοῦ, σοῦ, ἡμῶν & ὑμῶν, ponuntur pro poſſeſſivis, *meus*, *tuus*, *noſter* & *veſter*, in omni genere, numero & caſu: ut,

Sirach. 7. Ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σε μνήσκου τὰ ἔσχατά σε, καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσεις, *In omnibus operibus tuis memento finis tui, & non peccabis*. pro ἔργοις σοῖς, & ἔσχατα σά.

Matth. 6. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *Pater noſter qui es in cœlis*. pro Πάτερ ἡμέτερε.

Matth. 10. Ὑμῶν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν, *Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt*.

Pſal. 27. Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με, *Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumſit me*. pro πατὴρ ἐμὸς & μήτηρ ἐμή.

Exod. 20. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς, *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram*. pro πατέρα σὸν & μητέρα σήν.

APPENDIX.

Utuntur etiam derivatis poſſeſſivis pronominibus, quibus oratores plerunque addunt articulum: ut, ὁ πατὴρ ὁ ἐμός,

ἐμὸς, *pater meus:* pro ὁ πατήρ μου. ἡ μήτηρ ἡ σή, *mater tua:* pro ἡ μήτηρ σου. Τὸν λόγον τὸν ὑμέτερον χρὴ πάντοτε ἅλατι ἠρτυσμένον εἶναι, *Sermo noster debet semper sale conditus esse.* Τὴν ὁμόνοιαν τὴν ὑμετέραν οἱ πολλοὶ μισοῦσι, *Concordiam vestram vulgus odit,* Isocr.

REGULA 9.

Cùm autem manetur in eadem persona, utuntur genitivis compositorum ἐμαυτοῦ & σεαυτοῦ: ut, Ἐγὼ τὸν πατέρα ἐμαυτοῦ ἀγαπῶ, *Ego patrem meum diligo.* Ἐπισκόπει ἀεὶ τοὺς λόγους τοὺς σεαυτοῦ, *Semper habeas rationem sermonum tuorum,* Isocr. ad Nicocl. Sed de hac constructione vide infrà latiùs, De compositis pronominibus, reg. 11.

REGULA 10.

Duobus vel pluribus substantivis subjicitur adjectivum plurale neutrum: ut,

Arist. Eth. 4. Αἱ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμὴν ἐσὶν αἱρεταί, *Potestas & divitiæ propter honorem expetendæ sunt.* Isocr. Euagor. Εὐαγόρας παῖς μὲν ὢν ἔτι ῥώμην καὶ σωφροσύνην, ἃ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέσατα τοῖς τηλικούτοις ἐσί, Εuagoras, *cùm puer esset, viribus & modestiâ, quæ inter alia bona eam ætatem maximè decent, excelluit.* Sallust. *Divitiæ, decus & gloria in oculis sita sunt.*

REGULA 11.

Relativum cum antecedente substantivo necesse est genere & numero consentire: casu non semper convenit; nam is sæpe sequenti verbo respondet. Hom. Ὀδυσ. ά.

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκροάτεσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.
Cantio enim hæc hominum longè est celeberrima vulgo
Et gratissima, quæ nuperrima venit in aures.

EXCEPTIONES.

1. Relativum Atticè convenit casu cum antecedente substantivo, nullâ ratione habitâ verbi sequentis: ut,

Johan. 2. 22. Καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, *Et credebant ſcripturæ & ſermoni quem dixit Jeſus.* pro ὃν εἶπεν.

1. Cor. 6. Σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, ὃ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, *Corpus veſtrum templum eſt Spiritûs ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo.* ὃ ἔχετε, pro ὃν ἔχετε.

2. Sic articulus vel relativum, quod naturæ ordine ſequitur ſuum antecedens, aliquando præponitur & antecedit: ut, Ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν, pro ἀπολαύω ἀγαθῶν ἃ ἔχω, *Fruor bonis quæ habeo.*

Johan. 11. Τότε μὲν οὖν ἔμεινεν ὁ Ἰησοῦς ἐν ᾧ ἦν τόπῳ, δύο ἡμέρας, *Tunc manſit Jeſus in eodem loco in quo erat, duobus diebus.*

Simile eſt illud Terentii in And. *Reſtitue in quem me accepiſti locum.* pro *in locum quo accepiſti.*

3. Relativum ſæpe ponitur ſine ſuo antecedente: ut,

Eurip. Βιοῖ ὁδεὶς ὃν πεφυκεῖ τρόπον, *Nemo vivit eo modo quo vivere cupit.*

Euagr. Λάλει ἃ δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ὅσ' ὧν δεῖ, καὶ ἃ ἀκούσῃς ἃ μὴ δεῖ, *Loquere quæ decet, & quando decet, & de rebus honeſtis, & non audies quæ minimè decet.*

4. Ponitur autem plerunque relativum in eo caſu in quo antecedens ſubſtantivum diſſimulatum poni debuiſſet: ut,

Iſocrat. Ὧν οἱ κακοὶ ἁμαρτάνουσι, τούτοις ἀγαθοῖς τὰς αἰτίας ἀναπθέασι, *Quæcunque mali perpetrant, culpam in bonos transferunt.* Hîc accuſativus τὰς αἰτίας requirit genitivum ἐκείνων vel τέτων, qui diſſimulatur; cui reſpondet articulus ὧν.

Didym. Τότε ἀνύει διδάσκαλος καὶ πιστεύεται λέγων, ὅταν ἐφ' ὧν πράττει παιδεύῃ, *Tum proficit magiſter & fidem dicendo facit, cùm ſuis operibus docet.*

Iſocrat. Ὧν πολλάκις ἐλπίζουσιν οἱ ἄνθρωποι οὐδὲν συμβαίνει, *Sæpe nihil eorum contingit quæ homines ſperant.* pro οὐδὲν ἐκείνων συμβαίνει ὧν πολλάκις, &c.

Clitarch. Ἀγωνιζόμενός γε ἂν εἰ ἀδίκως ἔπραξας, δὶς ἀδικήσεις, *Defenſurus hoc quod injuſtè feciſti, bis delinques.*

ques. pro ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τούτου ἢ ἀδίκως, &c.

Isocrat. ad Nicocl. Μεγαλόφρονας νόμιζε, μὴ τοὺς μείζω τῶν βαλλομένους, ὧν οἱ πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν καταρχεῖν, *Ne existimes illos esse magnanimos qui majora suscipiunt viribus.*

Epictet. Εὐγνώμων, ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐπὶ οἷς ἔχει, *Prudens est, qui non dolet propter absentia, sed gaudet rebus præsentibus.*

5. Eleganter pro articulo subjunctivo & verbo articulus præpositivus cum participio ponitur: ut,

Chrysost. Οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων, *Hic maximè seipsum cognoscit qui seipsum pro nihilo reputat.*

Joh. 11. Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, *Omnis qui petit, accipit; & qui quærit, invenit.*

Philem. Ἡδὺ μὲν οὐδὲν οὐδὲ μισητώτερον
Ἐς ἣ δύναται λοιδορούμενον φέρειν.
Ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖ τὸν ὁ λοιδορῶν.
Suavius nihil est neque magis musicum,
Quàm posse convitia ferre:
Nam convitiator, si is adversùs quem convitia dicuntur
Non præ se fert dolorem, suis convitiis obruitur.

Plato 6. De leg. Ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου, *Qui non servivit non potest esse dominus laude dignus.*

6. Relativum, cùm ad totam orationem præcedentem refertur, plerunque in genere neutro ponitur: ut,

Eph. 5. Μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία, *Nolite inebriari vino, in quo beluina quædam feritas est.*

Terent. Heaut. *In tempore ad eam veni, quod omnium verum est primum.*

7. Nonnunquam antecedens casum relativi imitatur: ut,

Actor. 21. Ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ, *Adducentes secum apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.* pro Μνάσωνά τινα Κύπριον ἀρχαῖον μαθητήν.

Æschin.

Æſchin. cont. Timarch. Οὐκ ἔστιν ὅντινα πώποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχήν, *Nullus eſt magiſtratus quem non geſſerit.*

Simile eſt hoc; Οὐκ ἔστιν ὅντινα εἰς μετάνοιαν ὁ καλεῖ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἁμαρτωλόν, *Nullus eſt peccator quem non Filius Dei ad pœnitentiam vocet.*

Juſtin. Δυσαναλίβαστος ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῦτα ἀφ' ὧν ὠλίσθησε καλῶν· δυσεκβίαστός τε τούτων ὢν σωτηρίαν κακῶν, *Vix denuò erigitur animus ad bona illa à quibus dilapſus eſt; & ægrè retrabitur ab illis malis quibus aſſuetus eſt.* pro ἐπὶ ταῦτα καλὰ, &c.

8. Efficit & relativum ὅσπερ, ut antecedens in genitivo ponatur: ut,

Iſocr. Panath. Ταύτην λαβὼν τὴν δύναμιν, οὐκ ἔστιν ὅντινα τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἐλύπησεν, *Hanc potentiam nactus, nulla Græcarum civitatum eſt cui moleſtus fuerit.* pro, οὐκ ἔστιν Ἑλληνὶς πόλις ἥντινα ἐλύπησεν.

REGULA 12.

Subſtantivum cum ſubſtantivo genitivo caſu jungitur: ut,

Democr. Πατρὸς σωφροσύνη μέγιστον τέκνοις παράγγελμα, *Patris temperantia liberis optimum honeſtè vivendi præceptum eſt.*

Iſocrat. Τὰς ἄλλας λοιδορῆσαι, οὐ σημεῖον ἀρετῆς ὄζιν, *Alios convitiis proſcindere, non eſt indicium virtutis.*

Epictet. Ὑπόκαυμα ὀπθυμίας λόγος ἐρωτικός, *Fomentum concupiſcentiæ eſt ſermo amatorius.*

Chryſoſt. Ἀκοιλία βοτῆς ὑγίεια, φασὶν ἰατρῶν παῖδες, *Cibo non ſaturari, ſanitatem eſſe medicorum filii aſſeverant.*

EXCEPTIONES.

1. Pro altero ſubſtantivo genitivi caſûs interdum præpoſitio περὶ, ἀμφὶ, ἀνὰ, aut ſimilis, cum ſuo caſu ponitur, & eſt periphraſis genitivi ſubſtantivi: ut,

Iſocrat. Οὐκ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις αἱ πρὸς τυράννους λίαν ὁμιλίαι, *Nimiæ tyrannorum familiaritates Rebuſp. tutæ non ſunt.* pro, αἱ τυράννων λίαν ὁμιλίαι.

Demoſth. Epitaph. Ἡ περὶ τοῖς πλείστοις ἄγνοια μέμ-

μετὰ κακίας, *Plerorunque ignorantia cum malitia conjuncta eſt.* pro, ἡ τῶν πλείστων ἄγνοια.

Ariſt. Ethic. 1. Τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ, κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά, *Animi bona, præcipuè & maximè bona nominamus.*

Iſocr. Epiſt. 8. Αἱ περὶ τὸν ῥώμην καὶ τὸ τάχος δυνάμεις συναπογήσκουσιν τοῖς σώμασιν· αἱ δ' ἐπιστήμαι παραμένουσιν ἅπαντα τὸν χρόνον, ὠφελοῦσι τοὺς χρωμένους αὐταῖς, *Roboris & celeritatis vires unà cum corporibus intereunt: ſcientiæ autemperpetuò durant, & ſui ſtudioſis proſunt.*

2. Sæpe genitivus nominis proprii cum articulo ponitur, omiſſo altero ſubſtantivo; quod tamen ſubaudiendum eſt: ut,

Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου, vel Ζωροάστρου ὁ Ὡρομάζου, *Zoroaſtres Oromazi filius.* ſubintelligitur υἱός. Matth. 4. Ἰακώβου τοῦ Ζεβεδαίου, *Jacobus Zebedæi filius.* Plutarch. Apophtheg. Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ μακρὸν χεῖρα παρεγγεγραμμένος διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, ἔλεγεν ὅτι τὸ πλεῖον εἶναι τοῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστιν, *Artaxerxes Xerxis filius, Longimanus cognomine, quòd alteram manum haberet longiorem, dicere ſolitus eſt, Magis regium eſſe addere aliquid quàm adimere.* Sic *Deiphobe Glauci, & Hectoris Andromache:* pro *Glauci filia, & Hectoris uxor.*

REGULA 13.

Adjectiva crebrò gaudent genitivo ſubſtantivi, per defectum vocis ἕνεκα: ut, Μακάριος τῆς πίστεως, id eſt, ἕνεκα τῆς πίστεως, *Beatus propter fidem.* Ἄθλιος τῆς τύχης, *Miſer propter fortunam.* Virg. 10. Æneid. *Ingratus ſalutis.* Idem, 11. Æneid. *Egregiúmque animi, fortunatúſque laborum.*

Horat. 2. Carm. *Laſſus maris & viarum, militiæque.*

REGULA 14.

Atticiſmus eſt, cùm adjectivum ſubſtantivatur in neutro genere: ut,

Plutarch. in Demoſth. Πλεῖστον ἐν τῇ ὑποκρίσεως τοῦ λόγῳ

λόγῳ κόσμῳ καὶ χάριτος προσέσεισι, *Plurimum orationi ex actione ornamenti & gratiæ accedit.*

Isocr. de Jugo; Εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐληλύθασί τινες, ὡς οἴονται καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσειν, ἢν ὡς ἂν δύνωνται πλεῖστα κακὰ τῶν ἀγαθῶν βλασφημήσωσι, *Eò dementiæ quidam devenerunt, ut etiam putent se laudem apud alios consecuturos, si quantum possunt bonos calumnientur.*

APPENDIX.

Non tamen omnibus locis Græci hâc Syntaxi utuntur. Dicunt enim, τοσοῦτον οἶνον, *tantum vini.* μηδὲν ὑγιὲς, *nihil sani.* πολὺς οἶνος, *multum vini,* πολὺς σῖτος, *multum frumenti.* Demosth. Isocr. &c. ut Demosth. Εἰ ἐν κακοῖς καὶ χειμῶνι τοσοῦτον οἶνον ἔπιεν, ὥσθ' ὅμοιον εἶναι μανίᾳ, τί οὐκ ἄξιος εἴη παθεῖν; *Si in malis & magna vi tempestatum tantum vini hausit ut insano similis videretur, quod supplicium non meritus esset?*

Item; Πολλοὶ μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγουσι, μήτε πράττουσι, *Multi nihil sani neque dicunt neque faciunt.*

Dicunt igitur, Εἰς τοσαύτην μανίαν, & εἰς τοσοῦτον μανίας τινὲς ἥκουσιν, ὥστε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἀμελῆσαι, *Eò dementiæ quidam deveniunt, ut propriam salutem negligant.*

Plutarch. Δημοσθένης πλέον ἔλαιον οἴνου ἐδαπάνησε, *Demosthenes plus olei quàm vini absumsit.*

REGULA 15.

Genitivus per se positus, Atticis abominantis est: ut, Τῆς ἀναιδείας, *O impudentiam.*

Aliàs additur ὦ, *vel* φεῦ· *ut,* Aristot. Ὦ τῆς ἀνθρωπίνης ταλαιπωρίας, ὅτι πολλοὶ πολλάκις πολεμίων κρατήσαντες καὶ ἄλλων τινῶν, γυναικὶ ἐδούλευσαν, *O miseriam humanam! multi enim, cùm sæpe hostes & alios homines vicerint, mulieribus servierunt.* Bud. Comment. Φεῦ τῆς Ἑλλάδος, *Va Græciæ.*

REGU-

REGULA 16.

Comparativa adſciſcunt genitivos: ut, Æſchyl. Ἁμαρτάνει τε κ᾽ σοφῦ σοφώτερος, *Errat etiam ſapiente ſapientior.*

Τῆς πολυφραγμοσύνης οὐδὲν κακιώτερον ἄλλο.

Nihil vanius eſt quàm curioſitas.

Sophocl. Antig. Ἀναρχίας μεῖζον οὐκ ἔστι κακόν.

Αὕτη πόλεις τ᾽ ὄλλυσιν, ἠδ᾽ ἀναστάτους

Οἴκους τίθησι,

Nullum majus malum eſt quàm inobedientia. hæc urbes perdit, & vaſtas domos facit.

Quantitas autem ſeu Exceſſus dativo exprimitur: ut, Μείζων ἐμοῦ ἐνὶ δακτύλῳ, *Major me uno digito.*

EXCEPTIONES.

1. Per comparativum cum genitivo Græci efferunt, quæ Latinè per ablativum abſurdè dicerentur, ſed oportet addere vocem *quàm*, aut aliud ſimile: ut,

Epict. Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. τὸ γὰρ κακῶς ζῆν τοῦ τεθνάναι κρεῖσσον, *Magis neceſſarium eſt animæ quàm corpori mederi. Præſtat enim mori quàm malè vivere.*

Matth. 5. Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plùs quàm ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

Ariſt. Eth. 9. Κάλλιον ἐυ ποιεῖν φίλους ἢ θνείους, *Honeſtius eſt amicis benefacere quàm alienis.*

2. Aliquando non ſequitur genitivus ſed præpoſitio cum ſuo caſu: & eſt periphraſis comparativi: ut,

Luc. 16. Οἱ υἱοὶ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ υἱοὺς τοῦ φωτός, *Filii hujus ſeculi prudentiores filiis lucis.*

Iſidor. Τὸ ψεῦδος ἐν πρώτοις λεχθὲν πλείονα πίστιν ἔχει παρὰ τὸν ἐν δευτέρῳ λόγῳ δεικνυόμενον ἀλήθειαν, *Mendacium initio dictum magis perſuadet quàm poſteriori loco indicata veritas.*

3. Compa-

3. Comparativa mediante particulâ ἤ vel ἤπερ vel ἢ ἔπερ varios caſus adſciſcunt; ſed ità ut ſequentium verborum ratio habeatur: ut,

Sophocl. Antig. Τί γὰρ γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον, ἢ φίλου κακὸς; *Quod poteſt eſſe majus ulcus quàm amicus malus & perfidus?*

Eurip. Οὐκ ἔστ' ἄκουσμα ἡδίον ἢ ῥηθεὶς λόγος
Παιδὸς πρὸς υἱὸν πρεσβύτην ἐγκώμιον.
Nihil liberis dulcius eſt quàm laus parentum.

4. Conſtruitur & comparativus, mediante conjunctione ἢ cum τῷ & accuſativo: ut, Plato; μεῖζον ἢ τῷ ἀνθρωπον, *majus quàm quod homini conveniat:* vel, *majus quàm ut homo par ei eſſe poſſit.* Demoſth. ad Philipp. Παθεῖν εἰκὸς ἃ μεῖζον φορτίον ἢ καθ' ἑαυτὸν ἀράμενον, *Caſurum eum eſſe veriſimile eſt qui onus majus viribus ſuſcipit.*

Sequitur aliquando infinitivus: ut, Sophocl. in Tyrann. Τὸ νόσημα μεῖζον, ἢ φέρειν, Morbus major eſt quàm ut ferri poſſit.

5. Particula ἢ aliquando planè negligitur: ut,

Theocr. Βέλτιον ὀψιμαθῆ καλέεσθαι, τὸν μὴ ἀμαθῆ, *Præſtat ſerò doctum quàm planè indoctum nominari.* h.e. *Melius eſt ſerò diſcere quàm nihil diſcere, ſeu indoctum manere.*

6. Nonnunquam poſitivo vox μᾶλλον additur, & eſt periphraſis comparativi: ut, Actor. 20. Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, *Beatius eſt dare quàm accipere.*

7. Additur & ὥστε cum infinitivo: ut, Τὸ κάλλος χρεῖττον, ἢ ὥστε λέγειν, *Pulchritudo major eſt quàm quæ verbis explicari poſſit.*

Item, ὥστε vel ὡς cum optativo, ſive conjunctivo: ut, Baſil. Θεὸς ἄμεινόν πω πάντως ἢ ὡς ἂν ἡμεῖς προαιρούμεθα, διοικεῖται τὰ ἡμέτερα, *Deus haud dubiè meliùs res noſtras adminiſtrat quàm nos ipſi optaremus.*

REGULA 17.

Attici pro comparativo uſurpant poſitivum; niſi malis ſubintelligi μᾶλλον· ut,

Pſalm. 117. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον ἢ πεποιθέναι

ναι ἐπ' ἄνθρωπον, *Melius eſt confidere in Domino quàm confidere in homine.*

Polyb. Æacid. Αἰακίδαι πολέμῳ κεχαρηότες, ἤπερ ἑαυτῷ, *Æacidæ bello magis gaudebant quàm convivio.*

Matth. 18. Καλόν σοί ἐστι χωλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, *Melius tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duos pedes habentem mitti in ignem æternum.*

Menand. Καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως, *Melius eſt non vivere quàm miserè vivere.*

Sic & comparativus pro ſuperlativo ponitur: ut,

Nilus; Πάντων χαλεπώτερόν ἐστιν, ἄρχειν ψυχῶν, *Omnium laboriosiſsimum eſt, animabus præeſſe.*

1. Cor. 13. Νυνὶ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη, *Nunc manet fides, ſpes, charitas; tria hæc: major autem his charitas.* pro μεγίστη, *maxima.*

Ἡράκλειτος νέος ὢν, πάντων γέγονε σοφώτερος, ὅτι ἤδει ἑαυτὸν μηδὲν ὄντα, *Heraclitus adhuc juvenis, omnium ſapientiſsimus fuit, quia ſciebat ſe nihil eſſe.*

Et è contrà, ſuperlativus pro comparativo: ut,

Sophocl. Antig. Ὅσῳ κράτιστον κλημάτων εὐβουλία; *Quanto præſtantius eſt ſalutare-conſilium ovibus?*

Ariſtot. 4. *De gen.* Τὰ ἄῤῥενα κυήμασι κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλέων, *Maſculorum in utero agilior motus eſt quàm fœmellarum.*

APPENDIX.

Ut apud Latinos *eò, quò, tantò, quantò, multò, longè*, &c. ità apud Græcos hæ particulæ, πολλῷ, πολλὸν, πολὺ, παμπολὺ, μηδὲν, ὀλίγον, τοσούτῳ, ὅσῳ, μᾶλλον, μέγα, πάνυ, λίαν, πόσῳ, μικρῷ, ὀλίγῳ, μακρῷ, τόσον, τόσῳ, ὅσον, τοσοῦτον, & ſimiles, comparativis intendendi aut explicandi gratiâ præponuntur: ut,

Nazianz. Πολλῷ κρεῖττόν ἐστι διὰ τοὺς ἀξίους ὀρέγειν καὶ τοῖς ἀναξίοις, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν δεῖ τῶν ἀναξίων, *Multò melius eſt propter dignos etiam indignis beneſacere, quàm beneficiis privare dignos metu indignorum.*

Heſiod.

Hesiod. Χρήματα ἐχ ἁρπακτὰ, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.

Divitiæ non raptæ, sed divinitus datæ, longè præstantiores sunt.

Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λωΐτον ἢὲ τελευτῆσαι.

Multò melius est principio mederi quàm fini.

Isocrat. ad Nicocl. Ἄρχε σεαυτὸ μηδὲν ἧττον ἢ τῶν ἄλλων, *Imperes tibi non minus quàm aliis.* Idem; Πολλοὶ ἄρχοντες οὐδὲν βελτίους εἰσὶ τῶν ἀρχομένων, *Multi principes nihilo meliores sunt suis subditis.* Idem; Προσήκειν ἡγεῖμαι πολὺ μᾶλλον τοὺς βασιλέας βελτίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, ὅσῳ καὶ τὰς τιμὰς μείζους αὐτῶν ἔχουσι, *Existimo decere reges tantò meliores esse privatis hominibus, quantò eis honoratiores sunt.*

Plutarch. in Pædag. Γῆ ὅσῳ τῇ φύσει βελτίων ὄντι, πολὺ μᾶλλον ἐξαργυθεῖσα διὰ ἀμέλειαν ἐξαπόλλυται, *Ager quò naturâ præstantior & fertilior est, eò magis per incuriam neglectus interit.*

REGULA 18.

Superlativi adsciscunt genitivos plurales: ut,

Herodot. Κτημάτων πάντων ὄντι τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος σωφρόνος τε καὶ εὐνόου, *Pretiosissimus thesaurus est amicus prudens & benevolus.*

Eurip. Ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια, *Impudentia est maximus morbus omnium reliquorum in hominibus.*

Chrysost. Ὁ μὴ ἁρπάζων τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐν αὐταρκείᾳ νομίζων εἶναι, πάντων ὄντι εὐπορώτατος, *Non qui aliena concupiscit, sed qui suis rebus contentus est, omnium est ditissimus.*

EXCEPT.

1. Loco genitivi uti quoque possumus præpositione ἐν & εἰς, vel ἐξ, item μετὰ poeticè, cum suo casu; & est periphrasis superlativi: ut,

Ὅμηρον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, *Homerum judico summum inter poetas.* pro πρῶτον τῶν ποιητῶν.

Lucian.

Lucian. de Galatea. Ἐγὼ ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἐδόξα, *Ego ex omnibus pulcherrima visa sum.*

Hom. Iliad. ἀ. μὴ πᾶσιν ἀπηνοτάτη θεός εἰμι, *Inter omnes contemtissima Dea sum.* pro πασῶν ἀπηνοτάτη, *contemtissima omnium.*

2. Aliquando post superlativum solus articulus genitivi casus ponitur ἐλλειπτικῶς, ut,

Isocrat. Οἱ βέλτιστοι τῶν ἐν ταῖς πόλεσι πολλάκις κάκιστα πράττουσι, *Sæpe optimi quique civium infelicissimi sunt.* Sed de hac constructione vide infrà regulam 8. de Articulis.

APPENDIX.

1. Præponunt etiam superlativis nominum & adverbiorum, intendendi gratiâ, ὡς, ὡς ὅτι, ὅτι, vel absolutè, vel mediante δύναμαι, aut δυνατὸν, vel οἷόν τε, ut,

Ἐξώπλισε στρατείαν { ὡς βέλτιστα, ὡς ὅτι βέλτιστα, ὅτι βέλτιστα, ὡς ἠδύνατο κάλλιστα, ὡς δυνατὸν βέλτιστα, ὡς οἷόν τε ἄριστα, } *Instruxit exercitum quàm potuit optimè.*

Xenophan. ad Hesych. Τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν δεῖ ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα, *Cum tyrannis vel omnino nullus, vel quàm suavissimè sermo habendus est.*

Plato 5. De leg. Ἡμῖν ἡ τῶν νόμων ὑπόθεσις ἐνταῦθα ἔβλεπεν, ὅπως ὡς εὐδαιμονέστατοι ἔσονται, καὶ ὅτι μάλιστα ἀλλήλοις φίλοι, *Hæc est legum nostrarum hypothesis, ut cives sint quàm beatissimi, & quàm maximè inter se amici.*

Isocr. ad Nicocl. Ἦγοῦ τοῦτο εἶδος θύματα κάλλιστον καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σαυτὸν παρέχῃς, *Statuas id pulcherrimum esse sacrificium & cultum maximum, si te quàm optimum & justissimum præbeas.*

Xen. Ἀνὴρ ὡς δυνατὸν ἄριστος, *Vir longè optimus.*

Isocrat. Ζήτει νόμους, οἵτινες ταῖς διαλύσεις ὡς διόντε τάχιστα ταῖς πολιτείαις ποιήσουσι, *Leges quære tales quæ politiis & rebuspubl. compositiones seu decisiones, quàm fieri potest, celerrimas efficiant.*

2. Ad eundem modum & hæ voces, πλεῖστα, πολλῷ, ὅσον, ὅσῳ, item, πολλὸν, ὄχα, πολὺ, μέγα, ἔξοχα, & ſimiles ſuperlativis præponuntur.

3. Sunt & nomina quædam, non quidem ſuperlativi, ſed ſuperlativorum naturam habentia, quæ genitivum adſciſcunt; ut δῖα, ἔξοχος, μόνος, & ſimilia. Odyſſ. ά. δῖα γυναικῶν, *Divina mulierum.* Hom. de Ajac. Ἰλ. γ. Ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴ ἠδ' εὐρέας ὤμους, *Eminens inter Græcos, ſeu excellentiſſimus Græcorum, capite & latis humeris.* Iſocrat. Σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον, *Ex omnibus poſſeſſionibus ſola ſapientia immortalis eſt.*

REG. 19.

Adjectiva quæ partitionem aut collectionem ſignificant, genitivos plurales adſciſcunt: ut,

Plutarch. Apophth. Οἱ Αἰγυπτίων βασιλεῖς κατὰ νόμον ἑαυτῶν τοὺς δικαστὰς ἐξώρκιζον, ὅτι κἂν βασιλεύς τι προστάξῃ κρῖναι τῶν μὴ δικαίων, ἃ κείνοις, *Reges Ægyptiorum ſuâ quâdam lege judices jurare cogebant, ut etiamſi rex ipſe injuſtam juberet ferri ſententiam, ei tamen morem non gererent.*

Nazianz. Τῆς ἀρετῆς ὀλίγοι ἐρασταί, καὶ κλῆσαί τι τῶν ἀγαθῶν οὐκ ὀλίγοι, καὶ κλῆσιν διασῶσαι, *Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri.*

Herodot. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων πάντων οὐκ ἀποτίσει, *Nemo hominum delinquens pœnam non perſolvet.*

Baſil. Ῥᾷον ἐφ' ἑκάστῳ ἡμῶν πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, ἢ τὰ οἰκεῖα ἑαυτῷ διασκέπτεσθαι, *Facilius eſt unicuivis noſtrûm aliena curiosè obſervare quàm propria negotia rectè agere.*

APPENDIX.

1. Vim partitivorum habent & comparativa: ut,

Iſocrat. ad Nicocl. Οὕτως ὁμίλει τῶν πόλεων πρὸς τὰς ἥττους, ὡς ἂν σαυτὸν ἀξιώσειας, *Erga civitates imbecilliores talem te præbe, quales potentiores in te eſſe velles.* pro τὰς ἥττους πόλεις.

Idem;

Idem; Οἱ νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ θρασύτεροι, *Semper juvenes homines audaciores ſunt.*

2. Item articuli tam præpoſitivi quàm ſubjunctivi: ut,

Ariſt. 3. Eth. Τῶν περὶ τὸ σῶμα κακιῶν αἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν ὀνειδίζονται· αἱ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν, ἁπλῶς, *Quæ vitia corporis in noſtra ſunt poteſtate, probri vice objiciuntur; quæ non ſunt, non item.* pro περὶ τὸ σῶμα κακίαι, αἱ μὴ ἐφ' ἡμῖν, &c.

Iſocr. Τῶν ἀνθρώπων οἱ ὑπερορῶσιν, ἢ δυσχεραίνουσιν ὑπὸ τῶν νουθετήσεως τε καὶ ὀνειδίσεων, *Homines qui ſapiunt, non moleſtè ferunt admonitiones & objurgationes.* Poteſt etiam dici, τῶν ἀνθρώπων οἱ ὑπερορῶντες, &c.

3. Item pronomina demonſtrativa: ut,

Demoſth. Ariſtogit. β'. Τῶν πόλεων ἄφθονα ἂν ταύτας οἰκημάτων ἰδιωτῶν, ἐν αἷς ἄριστοι νομοθέται γεγόνασι, *Eas urbes maximè florere videmus, in quibus legumlatores optimi exſtiterunt.*

Iſocr. in Helena; Πολλοὶ τέρπεις χαίρουσι τῶν λόγων οἱ μηδὲν πρὸς ἓν χρήσιμοι τυγχάνουσιν ὄντες, *Multi delectantur illis orationibus quæ ad nullam rem utiles ſunt.*

Tale eſt illud; *Animalium hæc binis, illa quaternis pedibus incedunt.*

Si quis volet huc referre & participia, tum activæ tum paſſivæ vocis, de quibus ſuprà in Appendice quintæ Regulæ Syntaxeos nominum dictum eſt, per me licebit.

4. Pertinent etiam ad hanc regulam numeralia nomina: Item hæc adjectiva, ὅσπερ, τοιοῦτος, πῖος, πότερος, πολλοί, πλεῖστοι, ὅσοι, ἕτεροι, ἄλλοι, & ſimilia, de quibus ſingulis ſtudioſi in autoribus exempla obſervabunt.

5. Eſt & ubi partitiva vel collectiva vox ſubauditur: ut,

Polyænus; Παρόντων μήτε ψέγε μήτε ἐπαίνει· τὸ μὲν γὰρ ἔχθραν φέρει, τὸ δὲ κολακείαν, *Præſentium neminem vituperes, neque laudes: hoc enim adulationem, illud inimicitiam*

micitiam parit. Hic μηδένα ſubintelligitur; ut, Παρόντων μηδένα μὴ μήτε φέγε, &c. Sed hæc conſtructio rarior eſt.

REGULA 20.

Adjectiva quæ Copiam, Inopiam ſeu Indigentiam, Notitiam, Dignitatem, Differentiam, Diverſitatem, Vacuitatem, Abſolutionem, Emtionem & Venditionem, Participationem & Dominium ſignificant, genitivos adſciſcunt.

¶ Copiæ: ut,

Menand. Πολλῶν μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων, *Vita multis curis referta eſt.*

Heſiod. Πλείη μὲν γὰ γαῖα κακῶν, πλείη δ' θάλασσα, *Plena terra malorum eſt, plenum quoque mare.*

¶ Inopiæ, Indigentiæ: ut,

Plat. 5. De leg. Περὶ δὲ τὰς ξένας ἁμαρτήματα παρὰ τῶν πολιτῶν εἰς θεὸν ἀνηρτημένα τιμωρὸν μᾶλλον. ἔρημος γὰ ὁ ξένος ἑταίρων τε καὶ ξυγγενῶν, ἐλεεινότερος ἀνθρώποις καὶ θεοῖς, *Injuriæ quibus hoſpites afficiuntur, pertinent ad Deum judicem & vindicem: Nam hoſpes deſtitutus præſidio cognatorum & affinium, miſericordiâ dignus eſt apud Deum & homines.*

Lucian. Ὀστᾶ μόνον ὁρῶ καὶ κρανία τῶν σαρκῶν γυμνά, *Oſſa tantùm video & calvarias carnibus denudatas.*

Plutarch. in Public. Καθαρὸν φόνε ἐποίησε τὸν κτείναντα τὸν τυραννεῖν βελόμενον, *Crimine cædis expiavit illum qui volentem tyrannidem occupare interfecerat.*

Idem; Ἁγνὸς φόνε καὶ τῶν ἀφροδισίων, *Purus à cæde & rebus venereis.* Sic Horatius;

Integer vitæ ſceleriſque purus
Non eget Mauri jaculis nec arcu. Græcè,
ἁγνὸς ſeu καθαρὸς τῆς κακκρίας.

Gregor. Πτωχοὶ ἐσμεν ἅπαντες, καὶ τῆς θείας χάριτος ἐπιδεεῖς, *Omnes ſumus mendici, & Divinæ gratiæ indigentes.*

Demoſth.

Demoſth. in Cherſon. Πόλεως ἔγωγε πλεῖστον ἡγοῦμαι, συμμάχους, πίστιν, εὔνοιαν, ὧν ἁπάντων ὄζιν ἡ πόλις ἡμῶν ἄπορ☉, *Civitatis divitias judico eſſe, ſocios, fidem, benevolentiam; quibus omnibus civitas noſtra deſtituta eſt.*

Demonactus; Ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σαυτὸν, καὶ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ, *In aliena exempla intuens erudias teipſum, & malorum expers eris.*

Demoſth. Epiſt. ad Philip. Ἅπας μὲν ὅτι λόγ☉ μαται☉ πράξεων ἄμοιρος γενόμω☉, *Omnis oratio inanis eſt, niſi facta ſubſequantur.*

¶ Notitiæ: ut,

Iſocrat. de pace; Πολλοὶ ἔμπειροι λόγων καὶ πραγμάτων ὄντες ἀλογίστως ἔχουσι, *Multi cùm dicendi & agendi periti ſint, tamen temere & inconſideratè agunt.*

Ariſtot. Ἄπειρ☉ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων ὁ νέ☉, *Juvenis ignarus eſt negotiorum quæ in vita verſantur.*

¶ Dignitatis: ut,

Hom. Ἰλιάδ. Α'. Εἷς ἰητὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, *Vir medicus multis aliis præſtantior unus.*

Chryſoſt. Οὐδὲν ἀντάξιον γνησίᾳ φίλῳ, *Nihil cum fideli amico permutari poteſt.*

Matth. 10. Ἄξι☉ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτῦ, *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Ovid. 3. De arte amandi;

Curia conſilii quæ nunc digniſſima tanti.

Virg. 2. Æneid.

Deſcendam magnorum haud unquam indignus avorum.

¶ Differentiæ: ut,

Διαφέρει ἐκεῖνο, *Diverſum ab illo.*

¶ Diverſitatis: ut,

Ἕτερόν τι ὅτι τὸ λέγειν τὸ πεπονθέναι, *Aliud eſt dicere aliud expertum eſſe.* Ἀλλότριον τοῦ συμπίνειν τὸ ἐρίζειν *Rixari alienum eſt à convivio, ſeu non convenit convivio*

¶ Vacuitatis: ut,

Lucian. Κενὴ ὀϊστῶν ἡ φαρέτρα, *Pharetra vacua ſagittis.* Chryſoſt. Τὸ κακίας ἐλεύθερον, καὶ ὑφορᾶσθαι κακίαν ἀργότερον, *Qui à vitiis liber eſt, is etiam ad malum ſuſpicandum tardior.*

¶ Emtionis: ut,

Æschin. cont. Ctesiph. Αἱματὸς ὄζειν ἡ ἀρετὴ ὠνία, *Virtus sanguine constat.*

¶ Venditionis: ut,

Arist. Φαίνεται πάντα ὠνια εἶναι πλέτῳ, *Videntur omnia divitiis emi seu comparari posse.* Isocrat. ad Nic. Δόξη μὲν χρήματα κτηται, δόξα δ' χρημάτων ἂν ὠνητή, *Fama & gloria pecunia comparari potest, gloria autem nummis non emitur.*

¶ Participationis: ut,

Sophocl. Εὐδαίμονες εἰσὶν κακῶν ἄμοιρος αἰών, *Beati sunt, quorum ætas non particeps est malorum.*

¶ Dominii: ut, Theogn.

Ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλοι πόσιος μέζον, οὐκ ἔτ' ἐκείνου
Τῆς αὐτῆς γλώσσης κάρτεος, οὐδὲ νόου,

Qui transgreditur modum in bibendo, is non ampliùs suæ linguæ potens est, neque mentis.

Demosth. Ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῶν πραγμάτων, μεγαφρονοῦσι, *Ut plurimùm illi qui rerum potiuntur, insolescunt.*

Sic dicunt, ἐγκρατὴς τῆς γαστρὸς, καὶ οἴνου, καὶ συνουσίας, *Qui ventri, vino, & Veneri deditus non est.*

REG. 21.

Ἔνοχος, ὑπεύθυνος, nunc cum genitivo, nunc cum dativo construuntur: ut,

Phil. Ἄτοπον, ἁμαρτημάτων ἐνόχους εἶναι τοὺ τῆς ἄλλοις τὰ δίκαια βραβεύειν ἐξισοῦντας, *Absurdum est criminibus obnoxios esse eos qui aliis jus exæquant & administrant.*

Matth. 26. Ἔνοχος θανάτου ἐστί, *Reus est mortis.*

Clemens; Ἡ ἀληθινὴ μετάνοια, τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εὑρεθῆναι, *Vera pœnitentia est, non ampliùs iisdem rebus obnoxium deprehendi.*

Lycurg. cont. Leocrat. Ἔνοχοί εἰσι τῇ προδοσίᾳ, οἱ φεύγοντες τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον, *Rei sunt proditionis, qui pericula pro patria subterfugiunt.*

Chrysost.

Chryſoſt. Ὑπεύθυνος ἕκαστος ἡμῶν τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας ὄξι. διὰ τοῦτο οὐχὶ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πέλας ἐκείνου δηλονότι, *Unuſquiſque de ſalute proximi ſollicitus eſſe debet. Itaque non tantùm commoda noſtra ſpectare & parare juſſi ſumus, ſed etiam proximorum.*

Demoſth. in amatoria orat. Ἐπικίνδυνον τὸ συμβουλεύειν, μέλλοντα αὐτὸν ὑπεύθυνον τῷ πειθομένῳ καταστήσαι, *Periculoſum eſt conſilium dare, cum monitori eventus conſilii præſtandus eſt.*

REG. 22.

Verbalia in κὸς genitivum adſciſcunt: ut, Baſil. Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις παρεκτικός, *Bonus eſt Deus, & bona tribuit dignis.*

Ariſt. in proœm. Rhetor. ad Alex. Καθάπερ ὄξι φυλακτικὸν σώματος ὑγίεια, οὕτω τῆς ψυχῆς φυλακτικὸν καθίστησι παιδεία, *Ut ſanitas corpus, ſic doctrina & diſciplina animum conſervat.* Idem; Ὧν καὶ περικτικώτεροί ἐσμεν, καὶ μάλιστα περὶ ταῦτα πονήσομεν, *Ad quas res aptiſſimi erimus, in his potiſſimùm elaborabimus.* Ut enim poſitivus περακτικὸς genitivum adſciſcit, ſic & comparativus περακτικώτερος eundem caſum habet.

Ariſt. 5. Eth. initio; Ἀφ' ἧς περακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσί, *Ex quo* (habitu) *ad res juſtas gerendas idonei ſunt.*

EXCEPT.

1. Quædam horum ſuorum primitivorum conſtructionem imitantur: ut,

Ariſt. Eth. 1. Τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὁ νέος, *Voluptatum aſſectator eſt juvenis.* ἀκολουθέω enim dativum adſciſcit.

2. Quædam etiam præpoſitionem περὶ cum accuſativo adſciſcunt: ut, Ariſt. Εὐποιητικὸς περὶ χρήματα, *Circa pecunias beneficus.*

REG.

REG. 23.

Dativos adſciſcunt adjectiva quæ Similitudinem, Facilitatem, Amicitiam, Utilitatem, & contrà, ſignificant.

¶ Similitudinis: ut, Heſiod.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν. κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι,
Nè malè lucreris. mala lucra æqualia damnis.

Clim. Ὁ τὸ ἑαυτῦ σῶμα τρυφερεύων καὶ πνεῦμα πορνείας νικῆσαι θέλων, ὅμοιός ὅζι τῷ μὴ ἐλαίῳ σβεννύοντι ἐμπρησμόν, *Qui ventrem ſuum delicatè & molliter tractat, & tamen ſpiritum fornicationis vincere cupit, ſimilis eſt homini incendium oleo exſtinguenti.*

¶ Facilitatis: ut, Lin.

Ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν,
Omnia Deo effectu facilia ſunt, & impoſſibile nihil.

¶ Amicitiæ: ut,

Chryſoſt. Οὐδὲν οὕτω τῷ Θεῷ φίλον, ὡς μετὰ τῆς ἐσχάτων ἑαυτὸν ἀριθμῆσαι, *Nihil tam Deo gratum eſt quàm ſeipſum inter poſtremos numerare.*

¶ Utilitatis: ut,

Ariſtot. Φιλεῖ ἕκαστος, οὐ τὸ ὂν αὐτῷ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον, *Amat unuſquiſque, non quod ſibi bonum eſt, ſed quod bonum eſſe videtur.*

Xenoph. Ἔστιν οὐδὲν οὕτως ὅτ' εὐχρηστον, ὅτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις, *Nihil eſt hominibus vel ad uſum commodius vel ad ſpeciem pulchrius ordine.*

Theocrit. in Epitaph. Epicharmi; Παῖσιν ἔιπε χρήσιμα· μεγάλη χάρις αὐτῷ, *Pueris dixit utilia: magna igitur gratia ipſi debetur.*

Pythag. Ὡς ἡδὺ τῷ φύσαντι πείθεσθαι τέκνα, *Quàm jucunda res eſt parenti, obedire liberos.*

Lucian. Τὸ ἀεὶ ὅμοιον ταχὺ γίνεται ἀνθρώπῳ παρεσκορές, *Quod ſemper ſimile eſt, celeriter adfert homini ſatietatem.*

APPEND.

Huc & adjectiva pertinent quæ paſsivè capiuntur: item

item composita à σὺν & ὁμῦ, ut, Ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, *ignotum multis*; σύντροφος ἐμοὶ, *convictricius mihi*; ὁμόψυχος ἐμοὶ, *unanimis mecum*; ὁμόψυφος ἐκείνῳ, *cum illo ejusdem sententiæ*; τῷ πάππῳ vel τῷ πάππᾳ ὁμώνυμος, *avo cognominis*. Basil. γεννηθέντα, ἀ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, *genitum, non factum, consubstantialem Patri.*

EXCEPT.

Sed invenies adjectivis Similitudinis & Affinitatis etiam genitivum addi.

REG. 24.

Græci eleganter utuntur gemino dativo, mediante conjunctione κὴ, ubi Latini unico tantùm, addentes vel adverbium *tecum*, vel præpositionem *cum*, cum suo casu, & genitivum Rei vel Negotii: ut,

Joh. 2. Τί ἐμοὶ κὴ σοὶ, γύναι, *Quid mihi tecum est, mulier?* Matth. 8. Τί ἡμῖν κὴ σοὶ, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; *Quid nobis tecum negotii est, Jesu Fili Dei?* Matth. 27. Μηδὲν σοὶ κὴ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, *Nihil tibi rei sit cum illo justo.*

Nonnunquam additur πρᾶγμα: ut,

Demosth. Οὐδὲν ὄντι ἐμοὶ κὴ σοὶ πρᾶγμα, *Nihil mihi est tecum negotii.* Idem; Οὐδὲν ὄντι ἐμοὶ πρὸς σὲ πρᾶγμα, in eadem significatione.

REG. 25.

Dativus Instrumenti, Causæ, vel Materiæ subjicitur certis adjectivis: ut,

Aristot. Παρεμυθητικὸν ὁ φίλος κὴ τῇ ὄψει κὴ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος, *Amicus & vultu & sermone consolationem affert, si bonus & sincerus est.* Basil. Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον, *Quicquid vetustate antecellit, id venerabile est.*

EXCEPT.

Loco dativi utuntur & præpositione cum suo casu: ut,

Plut.

Plut. Solone; Διὰ μίλανος χάρτου τοὺς νόμους, *Atramento leges scribere.*

REG. 26.

Mensuræ & Spatiorum casus ferè accusativus est: ut,

Xenophon; Ἔφεσος ἀπέχει ἀπὸ Σάρδεων τριῶν ἡμερῶν ὁδόν, *Ephesus distat à Sardibus iter trium dierum.*

REG. 27.

Adjectiva per synecdochen accusativos substantivorum adsciscunt: ut,

Nazianz. Θεὸν ὅ,τι, ποτέ ὅτι κατὰ τὴν φύσιν, κατὰ τὴν οὐσίαν, ὅτέ τις εὗρεν ἀνθρώπων, ὅτε μὴν εὑρήσει, *Deus quidnam sit naturâ & re, neq; quisquam invenit hominum, neque unquam inveniet.* Plutarch. Οὐκ ἀνὴρ ἀπειδὴς ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος, *Non vir honestus est, qui magni pretii possidet opes, sed qui generoso animo præditus est.* Anacr. Γέρων ὅταν χορεύῃ, τείχας γέρων μὴν ὅτι, τὰς δ' φρένας νεάζει, *Senex quando saltat, capillis senex est, sed mente juvenis.* Isocrat. ad Demon. Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος, *Corpore sis laboriosus, animo verò sapientiæ studiosus.*

APPEND.

1. Huc pertinent nomina, quæ vel Patriam, vel Gentem, vel Habitum, vel Partem in homine significant, & à Grammaticis per præpositionem κατὰ exponuntur: ut,

Πατρίδα Ῥωμαῖος, *Patriâ Romanus*; Σύρος κατὰ τὸ γένος καὶ τὴν πατρίδα, *Syrus est & nomine & patriâ.* Lucian. Πάρις σοφὸς τὰ ἐρωτικά, *Paris peritus rerum amatoriarum.* Theogn.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός.

Nemo hominum in omnibus sapiens est.

2. Invenitur aliquando præpositio κατὰ addita esse: ut Epigr.

Ὃς κατὰ σῶμα καλὸς, κατὰ νοῦν δ' αὖ ὅτιν ἄμορφος,

Ἀσχεῖς

Αἰσχὺς δὴ πλεῖόν μοι δοκεῖ ἢ κάλος.
Deformis cui mens in pulchro corpore durat,
Hic non tam pulcher quàm vitioſus erit.
ἄλλως,
Mente niger, pulchris albens ſed corpore ſignis:
Quàm juvat hic albor, plùs nocet ille nigror.
Virg. 4. Æneid.
Omnia Mercurio ſimilis vocémque colorémque,
Et flavos crines, & membra decora juventæ:
Tradunt in Myſia feram, quæ Bonaſus vocetur, equinâ jubâ, cætera tauro ſimilem. Hæc conſtructio Græcis autoribus uſitatiſſima eſt, Latinis verò non item, niſi Poetis.

3. His vocibus, ὅσος, πόσος, τοῦτος, τηλικοῦτος, & ſimilibus, per ſynecdochen τὸ μέγεθος vel τὸ πλῆθος additur: ut,

Iſocrat. Πολλοὶ ἀγνοοῦσιν ὅσον ἔργον τὸ μέγεθος ἐνίσχυῃ, *Multi non ſciunt quantum opus aggrediantur & ſuſtineant.* Idem; Λέγειν καὶ γράφειν νομίζουσί τινες περὶ τηλικούτων τὸ μέγεθος καὶ τοιούτων πραγμάτων περὶ ὧν οὐδεὶς ἂν ἄλλος ἐπιχειρήσειε, *Quidam arbitrantur ſe de tantis & talibus rebus dicere & ſcribere quas nemo unquam attingere auſus fuerit.* Idem, de Pace; Ὑπὸ τοσαύτας τὸ πλῆθος συμφορὰς πολλοὶ ἑκόντες σφᾶς αὐτοὺς ὑποβάλλουσιν ὥστε ἀπαλλάξαι αὐτῶν οὐ δυνήσονται, *In tantas calamitates multi ſeipſos ultro conjiciunt, ut extricare ſe ex iis non poſſint.*

REG. 28.

Variæ figuræ ſunt deſcriptionis Laudandi & Vituperandi; ſed genitivis Græci libentiùs uſi ſunt: ut, Ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, *Vir magnæ virtutis.* Γυνὴ ἀχαλίνου στόματος, *Mulier effrænati oris.*

Huc referenda ſunt & illa; Ψυχῆς ὄντιν ἐῤῥωμένης, *eſt fortis animi.* Plutarch. in Anton. Φέρνιος ἦν ἀξιώματος μεγάλου, *Phurnius erat autoritatis magnæ.* hîc ſubauditur ἀνήρ.

APPEND.

APPEND.

1. Dici etiam potest per nominativum & dativum: ut, Ἀνὴρ μέγας ἀρεταῖς, *Vir magnus virtute.* Ἀνὴρ πονηρὸς τρόποις, *Vir improbis moribus.* Menand. Ὅστις διαβολαῖς πείθεται ταχύ, ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοῖς τρόποις, ἢ παντάπασι παιδαρίῳ γνώμην ἔχει, *Quisquis statim fidem habet calumniis, is aut moribus improbus præditus est, aut ingenium prorsus habet puerile.* Gregor. Nyss. Ὁ τῇ φύσει ἀγαθὸς, καὶ ἀγαθῶν πάντων παρεκτικός. ἴδιον γὰρ παντὸς ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν, *Qui naturâ bonus est, idem & omnino cum aliis sua bona libenter communicat. proprium enim bonorum omnium est, aliis prodesse.* Plutarch. in Pædag. Διδασκάλους ζητητέον τοῖς τέκνοις, οἳ καὶ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβλητοι, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀνεπίληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι, *Pædagogi liberis quærendi sunt, quorum & vita crimine, & mores reprehensione vacent, quique optimarum rerum usu præstent.* Ovid. 2. Trist.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

2. Dicitur etiam, & quidem usitatissimè, Ἀνὴρ μέγας ἀρετὴν, γυνὴ δὲ χάλκεος τόμα· συνεκδοχικῶς.

3 Utuntur & in laudationibus præpositione περὶ, vel simili, cum suo casu: ut, Cebes; Ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, *Vir prudens & peritus philosophiæ.* Aristoph. Δεινὸς εἰς τὰ πάντα, *Ingenio valens ad omnia.*

De

De Syntaxi Verborum.

REGULA 1.

NOminativus præcedit verbum finitum, ſimili numero & perſonâ: ut, Herodot. lib. 7. Φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν, *Solet Deus omnia ſublimia mutilare.* Demoſth. De falſa legat. Οἱ πολλοὶ νόμον τὸ ἔθος ποιοῦσι, *Vulgus habet conſuetudinem pro lege.* Athen.

Πολλάκι χ᾽ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίρια εἶπε,

Sæpe etiam hortulanus (h. e. *infime conditionis*) *homo utilia dixit.* Hanc ſententiam Æſchylus paulò aliter effert,

Πολλάκι τοι χ᾽ μωροῦ ἀνὸς κατακαίρια εἶπε.

EXCEPT.

1. Loco nominativi uſurpant Attici genitivum: ut, Εἰθέ μοι τότε τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν. pro τοῦτο τὸ ἀγαθόν. *Utinam illius boni mihi nunc fiat.* pro, *illud bonum.*

Talia ſunt & illa Ciceronis; *Venit mihi Platonis in mentem.* Item; *Mihi ſolet in mentem venire illius temporis,* &c.

Quidam exiſtimant hîc nomen χρῆμα, vel δύναμις, vel χρῆσις, *per Eclipſin omiſſum eſſe.*

2. Infinitivus cum articulo neutri generis pro nominativo ponitur: ut, Gregor. Ἴδιον παντὸς ἀγαθοῦ, τὸ ὠφελεῖν, *Proprium eſt bonorum omnium, aliis prodeſſe.* Chryſoſt. Οὐ τὸ μαθεῖν ἔγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἀγνοεῖν κατηγορία, *Diſcere non eſt vitioſum; ſed ignorare reprehenſione dignum eſt.*

Aliquando tota oratio loco nominativi eſt: ut, Philo; Τὸ μηδὲν σωόλως ἁμαρτάνειν, ἴδιον Θεοῦ, *In nulla prorſus re peccare ſolius Dei eſt.* Ariſt. Τὸ πᾶσιν ἀρέσαι, δυσχερέσατόν ἐστιν, *Omnibus placere difficillimum eſt.*

Cic.

Cic. Paradox. *Ipſum quidem peccare, quoquò te verteris, unum eſt.* id eſt, *ipſum peccatum.*

Scire tuum nihil eſt. id eſt, *ſcientia tua.*

Nonnunquam articulus omittitur: ut, Sirach. Ἀρχὴ σοφίας, φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, *Initium ſapientiæ eſt, timere Dominum.*

3. Atticis neutris pluralibus reſpondet verbum ſingulare: ut, Chryſoſt. Πολλάκις τὰ ἐισενεχθέντα κακῶς ὀλίγα, τὰ καλῶς κείμενα ἐξέβαλε πολλὰ ὄντα, *Sæpe exiguum lucellum fraude quæſitum magnas opes rectè partas evertit.* Demoſth. Παράλληλά ἐστι φανερώτερα, *Res inter ſe collatæ clariores ſunt.* Diodor. Τῷ ἀργυρίῳ ὑπακούει πάντα, *Pecuniæ obediunt omnia.* Plato; Τὰ μεγάλα κακὰ οὐκ ἄλλως ἢ ἐκ φιλονεικίας καθίσταται, *Maxima mala non aliunde quàm ex cupiditate rixandi exſiſtunt.* Baſil. Τὰ τῶν ἀρχόντων κακὰ συμφορὰ τοῖς ἀρχομένοις γίνεται, *Principum peccata calamitas ſunt ſubditis.* id eſt,

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

4. Syntheſis eſt cùm nomini multitudinis ſingulari reſpondet verbum vel adjectivum plurale: ut, ὡς φάσαν ἡ πλειὼς, *Sic dixerunt multitudo.* Suſarion, apud Stob. Ἀκούετε λεώς, *Audite populi.* pro *populi.*

Huc pertinent omnia nomina quæ voce & terminatione ſunt ſingularia, ſenſu verò pluralia; ut ἕκαστος, & ſimilia: Homer.

Δὴ τότε κακκείοντες ἔβαν δόμονδε ἕκαστος.
Tunc dormituri ſe iverunt domum unuſquiſque.

Huc & illud Pauli 1. Timoth. 2. referendum eſt; Σωθήσεται δὲ γυνὴ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης; *Salva tamen fiet mulier per generationem liberorum, ſi manſerint in fide ac dilectione & ſanctificatione cum caſtitate.* Hîc multos fefellit numeri mutatio, ἐὰν μείνωσιν, *ſi manſerint*; ideóq; diſputant quid velit Paulus, An mater alioqui pia, ſi filii abjecerint fidem, peritura ſit ipſa quoque. Sed loquitur hîc de ſexu; *Si manſerint*, ſcilicet ſexus muliebris.

Mulier

Mulier enim hoc loco totum ſexum muliebrem, ſeu totam ſpeciem, ſignificat; cui rectè quoad ſenſum reſpondet verbum plurale.

5. Eſt & Enallage generis uſitata apud Græcos: ut, 1 Johan. 5. Τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, πνεῦμα, καὶ ὕδωρ, καὶ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. ſpiritus, aqua & ſanguis: & hi tres unum ſunt.* Cùm de aqua, ſanguine, & ſpiritu tanquam de perſonis loquitur, mutat neutrum genus in maſculinum propter προσωποποιΐαν. alioqui enim dixiſſet, Τρία ἐστὶ μαρτυροῦντα, πνεῦμα, καὶ ὕδωρ, καὶ αἷμα. nam tres illæ voces generis neutri ſunt.

REGULA 2.

Græci ſæpe Ellipſi utuntur, omiſſo verbo ſubſtantivo: ut, Soph. Antig. Εἰ δ' ἐγὼ νέᾳ, οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τὰ ἔργα σκοπεῖν, *Etſi ſum juvenis, tamen magis ſpectandum eſt quid quiſque dicat aut faciat quàm quâ ætate ſit.* Philoſ. Χαλεπὸν, συνήθειαν μακρὸν ἰᾶσθαι, *Difficile eſt longam conſuetudinem corrigere.* Xenoph. Ἀδύνατον, πολλὰ τεχνώμονα ἄνθρωπον, πάντα καλῶς ποιεῖν, *Impoſſibile eſt hominem qui multa agit, omnia rectè agere.*

Chryſ. Ἡμεῖς μὲν Χριστοῦ, ὡς ἔργον· ὁ δὲ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς γέννημα γνήσιον, οὐχ ὡς ἔργον. ὥστε εἰ καὶ μία λέξις, ἀλλὰ διάφορος ἡ ἔννοια. διπλῆ δέ ἐσμεν Χριστοῦ, καὶ τῆς κλίσεως, καὶ τῆς πίστεως λόγῳ, *Nos ſumus Chriſti, tanquam creatura; Chriſtus verò Dei, tanquam filius à Patre genitus, non ut creatura. Etſi igitur una eſt forma loquendi, tamen ſignificatio diverſa eſt. Sumus igitur dupliciter Chriſti, videlicet reſpectu creationis & redemtionis.*

Bias; Οἱ ἀγαθοὶ εὐαπάτητοι, *Boni facilè decipiuntur.* Lucian. in Demoſth. Ἔρωτι πάντα πόριμα, *Amori omnia pervia ſunt.* Virg. *Hoc virtutis opus.* Juven. *Rari quippe boni.*

REGULA 3.

Vocativi ſecundæ perſonæ imperativis præponuntur: ut, Κύριε, ἐλέησον, *Domine, miſerere.* Baſil. Ὄρα, ἄνθρωπε, μήποτε σὺ μεταμελήσῃ τῶν κακῶν βουλευμάτων ὅτε ὄφελος τῆς μεταμελείας οὐδέν, *Vide, homo, nè quando te malorum conſiliorum pœniteat cùm pœnitentiæ nulla amplius utilitas eſt.*

Vocativus aliquando omittitur: ut, Lucian. Hermotimo; Νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, *Vigila, & memento diffidere.*

EXCEPT.

Uſurpant Attici nominativum pro vocativo: ut, Pſal. 51. Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, *Miſerere mei, Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.* Lucæ 8. Ἡ παῖς, ἐγείρου, *Puella, ſurge.* Iliad. γ'.

Ζεῦ πάτερ,——

Ἥλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις,

Jupiter pater, & Sol, qui omnia vides & omnia audis. pro ἥλιε.

REGULA 4.

Verbum finitum ſequitur aliquando nominativus, præcipuè in verbis geſtuum: ut, Heſiod.

Τῷ δ' ἤτοι θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅσκις ἀεργὸς

Ζώῃ.——

Huic & dii & homines ſuccenſent qui ignavus eſt.

Iſocrat. Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου, μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος, *A negotiis & curis publicis nè diſcedas divitiis abundantior, ſed laude & gloriâ clarior.*

REGULA 5.

Verba ſubſtantiva præcedunt & ſequuntur nominativi: ut, Baſil. Ἡδονὴ ἄγκιστρόν ἐστι τοῦ διαβόλου, πρὸς ἀπώλειαν ἕλκον, *Voluptas diaboli hamus eſt, ad interitum trahens.* Euſeb. Πολλῶν κακῶν ὑπερβολή ἐστιν ὁ πλοῦτος, *Multorum*

Multorum malorum operculum ſunt divitiæ. Iſocrat. Πολλάκις μικραὶ μεταβάσεις μεγάλων κακῶν αἴτιαι γεγόνασι, *Sæpe parvæ mutationes cauſæ magnorum malorum fuerunt.*

APPEND.

1. Eodem modo Vocandi & Nuncupandi verba utrinq; nominativum adſciſcunt.

2. Ad verba Nuncupandi etiam verbum ἀκούω referendum eſt, cùm *nominor* vel *vocor* ſignificat: ut, Gregor. de Filio Dei; Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν, *Samaritanus vocatur & demoniacus.* Lucian. Οὐδ' ἀναίνομαι πλοπλάδος ἀκούειν, *Non recuſo figulus appellari.*

Invenio autem verbum ἀκούω in hac ſignificatione ferè quinque modis uſurpari:

1. Cum nominativo: ut, Ἐσθλὸς ἀκούω, *Dicor bonus.* Κόλακας ἀκούσι, *Nominantur adulatores.*

2. Cum nominativo & infinitivo: ut, Ἀκούει εἶναι μουσικός, *Dicitur eſſe Muſicus.*

3. Cum adverbiis, εὖ, καλῶς & κακῶς, ut, Οἱ ἀγαθοὶ εὖ vel καλῶς ἀκούουσι, *Boni laudantur, bene audiunt.*

4 Cum adverbio & nominativo participii: ut, Καλῶς ἀκούει εὐεργετῶν, id eſt, διὰ τὸ εὐεργετεῖν, *Laudatur propter beneficentiam.*

5. Cum adverbiis, εὖ, κακῶς, vel καλῶς, & præpoſitione ὑπὸ vel παρὰ & genitivo: ut, Iſocr. in Archid. Μηδὲν οὕτω δεινὸν δεῖ νομίζειν ὡς τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, *Nihil tam acerbum putandum eſt, quàm male audire à civibus,* ſeu *apud cives.* Chryſoſt. Οὐ δυνατὸν τοὺς ἐν ἀρετῇ ὄντας, παρὰ πάντων καλῶς ἀκούειν, *Non poteſt fieri, ut illi qui virtutem colunt ab omnibus laudentur.*

Sic Cicero 3. De finibus; *Eſt hominis ingenui, velle bene audire ab omnibus.*

REG. 6.

Verba ſubſtantiva εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, γίνομαι, ponuntur inter duos nominativos, ità ut poſterior ſit vel

 partici-

participium, vel nomen cum participio verbi εἰμί. Posterius autem illud participium solum interpretamur, & quidem per id tempus cujus est verbum substantivum: ut, Ἐγὼ εἰμι γεάφων, Ego scribo. Ἐγὼ εἰμι περιπατῶν, Ego ambulo. Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφός, Socrates est sapiens.

Sophocl. Χάεις χάειν ὀφείλουσα ἀεί, Beneficium semper parit beneficium.

Plato; Οὐ θεμιτὸν ὑπὸ δώρων, ὡς τυραννικὸν, ἀλλ' ὑποβλέπειν πρὸς τὰ ψυχὴν, ἐάν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ, Non flectitur Deus muneribus, sicut fœnerator; sed animum intuetur, an is justus & sanctus sit.

Herodot. Ὦτα τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, Aures sunt minùs fide dignæ quàm oculi. τυγχάνει ἐόντα, pro ἐστί.

Isocrat. Αἱ δυσπραξίαι ταχέως καταφανεῖς ποιοῦσιν οἵοις ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες, Res adversæ statim ostendunt & indicant qualis quisque sit. τυγχάνουσιν ὄντες, pro εἰσί.

Demosth. Οὐκ ἐχθρὸς ὑπῆρχεν ὤν, Non erat hostis.

Isocrat. Γίνου τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἐν ἑτέροις ὢν καταδηλος, Nè sis in aliis rebus omnibus, aliis hominibus apertus.

Sæpe autem prior ille nominativus dissimulatur; ut in his duobus proximis exemplis vides.

Eandem constructionem habet aliquando & verbum φύομαι, pro verbo substantivo positum: ut, Herod. Polymn. Ἐν τούτῳ βραχεῖ βίῳ ὀλίγοις ἔστιν ἄνθρωπος εὐδαιμόνων φύεται, τῷ δὲ παραχρῆμα πολλάκις τεθνάναι βέλτιον μᾶλλον ἢ ζῆν, In hoc brevissimo vitæ curriculo nullius tanta felicitas est, quin ei multa accidant propter quæ malit mori quàm vivere.

Si verò postponitur verbo substantivo participium, non opus habet præterea alio nominativo participii: ut, Ἰωάννης τυγχάνει λαλῶν, Johannes loquitur. non autem, Ἰωάννης τυγχάνει ὢν λαλῶν.

In his præcedentibus exemplis omnibus videre licet, verba substantiva, quæ Latinè non interpretamur, in eo tempore,

tempore, persona & modo collocari in quo participium ipsis adjunctum poni debuisset, verbo substantivo omisso.

Similia sunt hæc; Ovid.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

Sunt pendentia, pro *pendent*.

Plaut. *Quos semper videas esse bibentes in œnopolio*. pro *bibere*.

Cicero; *A studiis nostris non est abhorrens*. pro *non abhorret*. Idem, De Oratore; *Est, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates*. Græcè, Σωκράτης τυγχάνει διαλεγόμενος. id est, Σωκράτης διαλέγεται.

APPEND.

Mutatur nominativus sequens verbum substantivum etiam in genitivum pluralem Atticè, & fit quasi periphrasis posterioris nominativi: ut, Κροῖσός ὅτι τῶν πλουσίων. pro Κροῖσός ὅτι πλούσιος, *Crœsus est dives*, vel *ex divitibus*. Ἐκεῖνος ὑπάρχει ἀσεβής, vel Ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν ἀσεβῶν, *Ille est pius*. Τοῦτό ὅτι τῶν ἐνδοξοτάτων ἔργων. pro ἐνδοξότατον ἔργον. *Hoc est unum ex præclarissimis rebus*.

De Syntaxi Verborum cum Obliquis.

VErba Incipiendi, Desinendi, Sedandi, Appetendi seu Concupiscendi, Absistendi, Consequendi, Fruendi, Sensuum, Dominandi, Imperandi, Contemnendi, Negligendi, Implendi seu Copiæ, Egendi, Parcendi, Damnandi, Admirandi, Separandi, Arcendi, Accusandi, Privandi, Differendi, Curandi, Participandi, Amandi, Recordandi seu Memoriæ, Oblivionis, Aberrandi, Liberandi, Absolvendi, Frustrandi, & similia, genitivum adsciscunt.

¶ Incipiendi : ut,

Plato, in Axio. Κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, καὶ τὸν ζῆν ἀπὸ λύπης ἄρχεται, *Circa primum ortum infans plorat, & à dolore vitam auſpicatur.* Xenoph. Ἤρξατο λόγου ὁ Φαρνάβαζος· καὶ γὰρ ἦν πρεσβύτερος, *Pharnabazus inchoavit ſermonem : erat enim ſenior.*

Verbis Incipiendi additur etiam præpoſitio: ut, Æſchin. cont. Timarch. Ἀπὸ σωφρονισμοῦ πρῶτον ἤρξατο· ὡς ὅπου πλεῖστη εὐκοσμία δεῖ, ταύτην ἄρισα τὴν πόλιν οἰκησομένην, *A modeſtia primùm auſpicatus eſt : quaſi ubi optima diſciplina ſit, ibi civitatem maximè florere oporteat.*

Arat. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, *A Jove ordiamur.*

¶ Deſiſtendi : ut,

Iſocrat. Λῆγε τῶν πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος, *Deſiſtas à labore dum adhuc laborare potes.* id eſt, *antequam defatigeris.* Idem, de Pace ; Δεῖ παύσασθαι τῶν πολέμων τῶν μὴ τὸν γιγνομένων, *Deſiſtendum eſt à bellis quæ temerè & ſine cauſa ſuſcipiuntur.* Virg. 10. Æneid.

——*Tempus deſiſtere pugnæ.* Horat. lib. 1. Carm.

Deſine mollium tandem querelarum.

¶ Sedandi : ut,

Ariſt. Eth. 4. Τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα, *Ultio iram ſedat, voluptatem loco doloris efficiens.*

Invenitur & παύω cum accuſativo, vel ſolo, vel addito genitivo : ut, Xenoph. Παύσω τὸν λόγον, *Finem faciam dicendi.*

Iſocrat. Ἀθηναῖοι τὴν πολεμίαν τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν, *Athenienſes ab injuria hoſtes ceſſare fecerunt.* Idem, de Pace ; Μὴ μεγάλων δεῖ ὀρέγεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον, *Non decet magna expetere contra juſtitiam.* Hom. Iliad. 5.

Ἄφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
Ὅς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.

Exſultet

Exſulet urbe ſua longè, laribúſque, domóque,
Qui cupit in ſeſe cives dira arma parare.

Ariſtot. Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει, *Omnes homines naturâ ſcire deſiderant.* ſeu, ut Cicero reddidit,

Inſitus eſt omnibus cognitionis amor. Idem; Πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, *Omnes expetunt illud quod videtur eſſe bonum.*

¶ Abſtinendi: ut,

Phocion; Ὃς ἐυχερῶς τὰς ἀλλοτρίας διαβολὰς ὑποδέχεται, ὧδὲν τῶν ὁμοίων ἔτος ἀπέχεται πραξέων, *Qui facilè alienas calumnias intermittit, is ne quidem ipſe à ſimilibus factis abſtinet.*

Athanaſ. Δεῖ μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τῆς κακίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοιαῦτα πράττοντας ἀποστρέφεσθαι, *Non ſolùm à vitiis cavere debemus, verùm etiam eos qui talia faciunt averſari.*

Plutarch. Χρὴ ἀγνεύειν οἴνου καὶ ψευδολογίας, *Caſtitatis gratiâ à vino & mendacio abſtinendum eſt.*

Nonnunquam præpoſitio ἀπὸ genitivo additur.

¶ Conſequendi: ut,

Demoſth. Dimarch. Μία αὕτη σωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ὅστι, τὸ τοιούτους τῆς ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ συμβούλων ἀπολαύειν τυχεῖν, *Sola hæc civitatis & nationis ſalus eſt, habere gubernatores bonos & ſenatores cordatos.* Protagoras; Σεμνῆς γυναικὸς καὶ ἀγαθῆς ὅταν τύχῃς, τὸν βίον ἄλυπον διατελεῖς, *Honeſtam uxorem & bonam ſi eris aſſecutus, vitam dolore vacuam deges.* Demoſth. Οὐκ ἀσφαλὲς, ἐπιλαμβάνεσθαι μεγάλης ἐξουσίας, *Non tutum eſt magnam poteſtatem conſequi.* Plutarch. in Alex.

Ἐν δὲ στάσεσιν καὶ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς,
In ſeditione etiam peſſimus quiſque conſequitur honores.

Iſocrat. in Helena; Τῶν ἀξίων χαλεπὸν ὅστι τὸ μέγεθος ἐφικέσθαι, *Præſtantium rerum magnitudinem aliquam conſequi, difficile eſt.*

¶ Fruendi: ut,

Iſocrat. ad Demon. Ἀπόλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν

ὡς θνητὸς, ἐπιμελῶς ἢ τοῖς ὑπαρχόντων ὡς ἀθανάτοις, *Præsentibus bonis fruere ut mortalis; parta verò conserva ut immortalis.* Theodoret. Dialogo primo; Πάντας μία ἀποδέχεται κολυμβήθρα, μία πᾶσι διδασκαλία περιφέρεται, μία πᾶσι μυστικὴ προτίθεται τράπεζα, καὶ τῶν παιδούντων ἕκαστος ἴσης ἀπολαύει μερίδος, *Omnes Christianos unus Baptismus abluit; omnibus una doctrina proponitur; una omnibus mystica mensa instruitur, de qua singuli credentes æqualem partem sibi sumunt.*

Ἀπολαύω etiam accusativum cum genitivo adsciscit; & tunc tam in malam quàm in bonam partem accipitur: ut, Lucian. Οὐκ ἀσφαλὲς πολλὰ λέγειν, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας, *Non tutum est multa loqui, nè quid mali nobis garrulitas conciliet.* Idem; Οἱ ἄνθρωποι ἀγαθὸν ἀπολαύουσι τῆς συνηθείας τῶν πραγμάτων, *Homines fructum capiunt ex consuetudine bonorum.*

Præcedit & præpositio ἐκ, ut, Isocrat. in Paneg. Πολλάκις πλεῖον ἀγαθὸν ἀπολαύομεν ἐκ τῶν κινδύνων, *Sæpe maximum commodum ex periculis capimus.*

Invenitur etiam cum accusativo: ut, Isocrat. de Pace; Τινὲς πειρώμενοι ἄλλες εὐεργετεῖν, αὐτοὶ ἀπολαύσοί τι φλαῦρον, *Quidam cupientes de aliis benè mereri, ipsi aliquid indè incommodi capiunt.*

¶ Sensuum: ut,

Plutarch. Demosth. Ἀεὶ συμφέρον ἐστὶν, ἀκούειν τῶν κρατούντων. τὸ θεοῦ πίνυν ἀκουστέον, τὸ ἀεὶ κρατοῦντος, *Semper expedit illos audire qui rerum potiuntur. Deus igitur audiendus est, qui perpetuò dominatur.* Basil. Ἅπτεται δ' τῶν πολλῶν μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ὁ μῶμος, *In reprehensionem non vulgares modò, sed etiam præstantissimi quique incurrunt.*

Videndi autem verba accusativum adsciscunt: Sic & omnia verba Sentiendi, Atticè.

¶ Dominandi; Imperandi: ut,

Herodot. Αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐκ οἱ ἄνθρωποι τῶν συμφορῶν, *Calamitates imperant homini-*

bus,

bus, & non homines calamitatibus. Lucian. Δεσπόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες, *Dominantur viris uxores.* Isocrat. ad Nicocl. Τοῦτο βασιλικώτατον ἡγοῦ, ἐὰν κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν, *Vere hoc regium puta, si potiùs cupiditates tuas regas & coerceas quàm subditos.* Horat. 3. Carm. Oda 33.

Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnavit populorum.

Dominandi verbis etiam dativus additur: ut, Iliad. α. Agamemnon de Achille;

Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν.
Omnes metus continere vult, & omnibus imperare.

¶ Contemnendi; Negligendi: ut,

Isocrat. ad Demon. Καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δ' τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων, *Contemne illos qui divitiis coacervandis occupati sunt, uti autem partis bonis non possunt.* Idem, Panegyr. Οὐκ ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν, οὐδ' ἀπίλαυον ὡς ἰδίων, ἠμέλουν δὲ ὡς ἀλλοτρίων, *Non negligebant res communes, neque fruebantur illis tanquam propriis, ſed neglectui habebant velut aliena.*

¶ Implendi; Copiæ: ut,

Matth. 22. Ἐπλήσθη ὁ γάμος τῶν ἀνακειμένων, *Impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus.* Johan. 2. Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος, *Implete hydrias aquâ.* Plato; Ἡμεῖς δὲ παντὸς τοῦ βίου ἀεὶ γέμομεν ἐλπίδων ματαίων, *Nos per omnem vitam referti ſumus vanis ſpebus.* Virg. 1. Æneid.

Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ.

Chryſoſt. Οἱ φίλων εὐπορῶν, οὐκ ἂν ἐν θλίψει γένοιντο, *Qui amicis abundant, in afflictionibus eſſe non poſſunt.* Idem; Πρὸς θυμὸν καὶ πρὸς ἐπιθυμίας εὐέμπλωτος μᾶλλόν ἐστιν ὁ νέος· διὸ καὶ πλείονος δεῖται τῆς φυλακῆς καὶ σφοδροτέρας τῆς χαλινοῦ, *Irâ & cupiditatibus facilius juvenes ducuntur & vincuntur: quare majorem quandam cuſto-*

diam requirunt ac frænum durius. Demoſth. Δεῖ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ὅτι γενέσθαι τῶν δόντων, *Pecunia opus eſt; nec ſine hac præclarum quicquam geri poteſt.* Iſocrat. Μηδεὶς μὴ δικαίως τοὺς κινδύνους ποιούμενος, οἰέσθω τὸν θεὸν συμμάχων ἐπορήσειν, *Nemo propter juſtitiam pericula ſubiens exiſtimet Deum ſibi opitulatorem defuturum eſſe.*

¶ Parcendi: ut,

Nazianz. Παίδων φείδεσθαι, πατρικὸς νόμος, *Parcere liberis, paterna lex eſt.* Proverb. 12. Ὃς φείδεται τῆς βακτηρίας, μισεῖ τὸν ἰδίον αὐτοῦ, *Qui parcit virgæ, odit filium ſuum.*

¶ Damnandi: ut,

Καταγινώσκω { σὲ φόνου, / σὲ φόνῳ, } *Damno te homicidii.*

Καταγινώσκω σοὺ θάνατον, *Capite*, ſeu *ſupplicii capitalis, te damno.* Plutarch. Apophth. Κατεγνώσθη θάνατος Φωκίωνος τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῶν φίλων ἐν ἐκκλησίᾳ, *Bonus ille Phocion cum amicis in concione capite damnatus eſt.*

Eodem modo & κατακρίνω cum genitivo Perſonæ & accuſativo Rei conſtruitur: ut,

Iſocrat. ad Demon. Τὸ μὴ τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε, *Fatum omnes homines morti adjudicavit*, i. *Fatali neceſſitate omnibus moriendum eſt.* Hic τὸ μὴ τελευτῆσαι pro accuſativo τὸν θάνατον ponitur, quâ voce etiam Iſocrates in oratione contra Lochit. in eadem conſtructione uſus eſt.

Baſil. Ὁ μὲν κακὸς τάχιστα ἂν καταγνοίη καὶ τὸ ἀγαθοῦ, ὁ ἀγαθὸς δ' οὐδὲ τοῦ κακοῦ ῥᾳδίως, *Improbus celerrimè condemnat bonum; bonus autem nè improbum quidem facilè.*

¶ Admirandi: ut,

Demoſth. pro Cteſiph. Τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τὴν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς, οἳ καὶ πόλιν χώραν καὶ πόλιν πάλιν ἐκλιπεῖν ὑπομένουσιν ὑφ' τοῦ μὴ τὸ αἰσχρὸν ποιῆσαι; *Quis non jure admiretur virtutem illorum virorum qui & regionem & urbem relinquunt nè quid turpiter faciant?*

Θεω-

Θαυμάζω cum caſu Perſonæ, nunc cum genitivo, nunc cum accuſativo invenitur: ut, Iſocrat. Θαυμάζω τῆς τοιούτου τοῦ γνώμου ἐχόντων, *Miror illos qui tali mente ſunt.* Virg. 11. Æneid.

Juſtitiæne priùs mirer bellive labores?

Sic dicimus, Θαυμάζω ἐκεῖνε, vel ἐκεῖνον, cùm aliquod ejus dictum vel factum improbamus.

¶ Separandi: ut,

Chryſoſt. Χωρίζεται τοῦ Θεοῦ, ὁ μὴ συνάπτων ἑαυτὸν διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ, *Separatur à Deo, quicunque per precationem ſe Deo non agglutinat.* Dionyſ. De ſitu orbis;

Εὐρώπην Ἀσίης Τανάϊς διὰ μέσσον ὁρίζει.

Tanais in medio ſeparat, ſeu *dividit*, *Aſiam ab Europa.*

Verbis Separandi interdum præpoſitio ἀπὸ additur: ut, Plato; Ὁ θάνατος χωρίζει ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχήν, *Mors ſeparat animam à corpore.* Et, Ἡ ψυχὴ χωρίζεται τοῦ σώματος, & ἀπὸ τοῦ σώματος, *Anima ſeparatur à corpore.*

¶ Arcendi; Prohibendi: ut,

Demoſth. in Leptin. Χειρίβων εἴργεται ὁ ἀνδροφόνος, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, *Homicida arcetur à purgationibus, libationibus, crateribus, ſanis, foro.*

Εἴργω σε πυρὸς καὶ ὕδατος, *Arceo te ab aqua & igne; Interdico tibi aquâ & igni.*

Aliquando & hîc præpoſitio ἀπὸ additur: ut,

Xenoph. Τοὺς υἱεῖς εἴργουσιν οἱ πατέρες ἀπὸ τῆς πονηρῶν ἀνθρώπων, *Filios arcent patres ab improborum hominum contubernio.*

¶ Accuſandi: ut,

Demoſth. contra Nauſim. Οὐδεὶς αὐτὸς αὑτοῦ κατηγόρησε πώποτε, *Nemo unquam ipſe ſe accuſavit.*

Κατηγορέω conſtruitur cum genitivo Perſonæ, cum accuſativo Perſonæ; cum genitivo Rei, cum accuſativo Rei; cum genitivo Perſonæ & accuſativo Rei, & contrà; denique, cum duobus genitivis, uno Perſonæ & altero Rei; ut,

Κατηγορῶ

Κατηγορῶ
- σε, / σὲ, } *Accuso te.*
- τῶν πεϱαγμάτων, / τὰ πεϱάγματα, } *Accuso negotia illa.*
- σε πϱοδοσίαν, / σὲ πϱοδοσίας, / σε πϱοδοσίας, } *Accuso te proditionis*, vel *de proditione.*

In paſſiva voce dicitur, Τοῦτο κατηγοϱεῖται σοῦ, *De hoc accuſaris*; vel, *Hoc dicitur adversùs te.*

Sed verbo κατηγοϱέω inveniuntur etiam præpoſitiones πεϱὶ & ϰατὰ cum genitivo, & πϱὸς cum accuſativo, additæ eſſe.

Ἀπαίτημαι
- τοῦτο, *Accuſo hoc*; *In cauſa hoc eſſe dico.*
- σὲ
  - τούτου, / τοῦτο, } *Accuſo te hujus*, vel *de hac re.*
  - ἐπιβουλεύειν, *Accuſo te inſidiarum.*

Διώϰω σὲ
- ταύτῃ τῇ δίϰῃ ſeu χϱαφῇν, *Reum te hujus criminis facio.*
- φόνου, *Reum te ago cædis.*

Ἐγϰαλέω dativum adſciſcit (ídque ut videtur, vi præpoſitionis ἐν) vel abſolutè, vel cum accuſativo Rei, vel genitivo Rei: ut,

Ἐγϰαλῶ σοι,
- *Litem tibi intendo.*
- πϱοδοσίαν, *Accuſo te proditione.*
- πληγῶν, *Ago tecum injuriarum ob verbera.*

Demoſth. Πολλοὶ οὐϰ αἰσχύνονται ταῦτα ποιοῦντες, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐγϰαλοῦσι, *Multos non pudet illa facere ob quæ alios accuſant.*

¶ Privandi: ut, Heſiod.

Ἄφϱων ὅϛτ' ἐθέλοι πεϱὸς ϰϱείσσονας ἀντιφεϱίζειν·
Νίϰης τε στέϱεται, πεϱὸς τ' αἰσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Stultus eſt quicunque contendit adversùs potentiores: Victoriâ enim privatur, & præter dolorem ſibi deriſionem accerſit.

Iſocrat. de Pace; Ὁ πόλεμος ἁπάντων ἀγαθῶν ἡμᾶς ἀπεστέϱηϰε, *Bellum nos omnibus bonis privavit.*

Verba Privandi etiam cum duobus accuſativis, uno Perſonæ

Perſonæ & altero Rei, conſtruuntur: ut, Iſocrat. in Trap. Ἀποστερεῖ με Πασίων τὰ χρήματα, *Paſion privat me pecuniâ.* Sic dicunt & paſſivè,

Ἀποστερῶμαι ὑπὸ Πασίωνος { τῶν χρημάτων, τὰ χρήματα, } *Privor à Paſione pecuniâ.*

Dicunt etiam Græci,

Ἀφαιρῶμαί { σοῦ τὴν οὐσίαν, σὲ τὴν οὐσίαν, σὲ τῆς οὐσίας, σοὶ τὴν οὐσίαν, } *Spolio te bonis,* activè:

& paſſivè. Ἀφαιρῶμαι τὴν οὐσίαν, *Privor bonis.*

Efferuntur etiam per verbum activum: ut, Plutarch. Apophth. Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε, τοὺς τῆς ἀρετῆς τὴν τιμὴν ἀφαιροῦντας τὴν ἀρετὴν ἀφαιρεῖν τῆς νεότητος, *Cato ſenior dicebat, qui à virtute honorem auferrent, eos à juventute virtutem auferre.*

Additur & aliquando præpoſitio: ut, Johan. 10 Μαρία τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

¶ Differendi: ut,

Xenoph. Οὐδὲν διαφέρει ἄρχων ἀγαθὸς ἀγαθοῦ πατρός, *Bonus princeps nihil differt à bono patre.* Cato, apud Stob Τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ μόνον διαφέρειν, *Iratum ſcias tantùm morâ temporis ab inſano differre.*

¶ Curandi: ut,

Demoſth. Philip. 3. Εὐηθες, τὰ οἰκεῖα αὐτοὺς προεμένους, τῶν ἀλλοτρίων φάσκειν κήδεσθαι, *Abſurdum eſt eos qui ſua negligunt, dicere ſe aliena curare.* Ariſtot. Τὸν θεὸν τῶν φαύλων οὐκ εἰκὸς ἐπιμελεῖσθαι, *Non veriſimile eſt Deo homines malos curæ eſſe.* Idem; Οὐχ ὁμοίως προσήκει συνηθῶν καὶ οἰκείων φροντίζειν, οὐδ' ὡς λυπεῖν, *Non æquè decet familiarium & peregrinorum rationem habere, aut ipſorum cauſâ dolere.*

¶ Parci-

¶ Participandi: ut,

Nazianz. in vita Basilii; Κακίας ῥᾷον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδιδῶναι· ἐπεὶ καὶ νόσοι μᾶλλον ἢ ὑγίειαι χαρίσασθαι, *Facilius vitia contagione contrahuntur, quàm virtus cum aliis communicatur: Sicut & morbus in alios citiùs quàm bona valetudo transfertur.* Demosth. Τὸν λειπόνλα τὴν τάξιν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ταχθεῖσαν, ἄτιμον προσήκει εἶναι, καὶ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν, *Ordinis à duce assignati desertor ignominiâ notandus est, & à republ. arcendus.* Isocr. Demon. Πρέπει τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν, *Decet pueros, ut facultatum, ità & amicitiæ paternæ hæredes esse.* Idem. Paneg. Κοινωνῶ τῆς διανοίας σε, *Particeps sum sententiæ tuæ.*

Verbis Participandi etiam præter genitivum Rei, dativus Personæ additur: ut, Nazianz. Ὧν βουλόμεθα τυχεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τούτων πρότερον μεταδιδόναι τοῖς πλησίον ὀφείλομεν, *Quæ à Deo consequi volumus, ea priùs cum proximis nostris communicare debemus.*

Μετέχω / Κοινωνῶ } σοι τῆς παιδείας, { *Particeps tecum sum doctrinæ.*

Invenies etiam his aliquando accusativum Rei adjici: ut, Aristoph. Pluto; Οὐ μέλει χοι ταὶς ἴσαις πληγαὶς ἐμοί, *Non æquales plagas mecum adeptus es.*

¶ Amandi: ut,

Æschin. Τὸ ἐρᾶν τοῦ καλῶν καὶ σωφρόνων, ὁρίζομαι φιλανθρώπε πάθος εἶναι καὶ εὐγνώμονος ψυχῆς, *Amorem modestorum & honestorum, humani affectûs & liberalis esse statuo.*

¶ Recordandi, seu Memoriæ: ut,

Hipposthenes, apud Stob. Ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης, *Homo cùm sis, memento communis fortunæ.*

Agathon; Τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖ μεμνῆσθαι· πρῶτον μὲν, ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει· δεύτερον, ὅτι κατὰ νόμους ἄρχει· τρίτον, ὅτι ἐκ ἀεὶ ἄρχει, *Tria meminisse decet magistratum: primum, se hominibus imperare; alterum, se ex legibus imperare;*

imperare; tertium, se non semper imperaturum esse.

¶ Oblivionis: ut, Hesiod.

Καὶ νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.

Audi justitiam, violentiæ autem obliviscere omnino.

Theodoret. Πλείστων ἀγαθῶν ἀπολαύων ἀμνημονεῖς τοῦ δοτῆρος, *Cùm plurimis bonis fruaris, non tamen recordaris datoris.*

Verba Memoriæ invenies etiam cum accusativo construi: ut, Isocrat. ad Nicocl. Ἐὰν τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἅμεινον καὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ, *Si præterita recordatus fueris, seu in mentem tibi revocaveris, poteris etiam meliùs de rebus futuris deliberare.*

¶ Aberrandi: ut,

Isocrat. in Panath. Οἱ μὲν ἄριστα φρονοῦντες, ἐνίοτε διαμαρτάνουσι τοῦ συμφέροντος, *Qui optimè sapiunt, aliquando ab utili aberrant.*

¶ Liberandi: ut,

Isocrat. de Pace; Ὑπομένομεν τομὰς τῶν ἰατρῶν, ἵν' ἀπαλλαγῶμεν πλειόνων ἀλγηδόνων, *Sustinemus sectiones medicorum, ut liberemur à majoribus doloribus.* Idem, ibid. Ὁ Θησεὺς τὴν πόλιν μεγάλου φόβου ἠλευθέρωσε, *Theseus civitatem magno metu liberavit.*

Λύσω σε δεσμῶν, *Solvam te à vinculis.*

Additur aliquando præpositio: ut, Plato, Epist. 8. Ἀπὸ βαρβάρων ἠλευθέρωσε τὴν πόλιν, *A barbaris liberavit civitatem.* Matth. 6. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, *Libera nos à malo.*

¶ Absolvendi: ut,

Demosth. Ἀφίημί σε ἐγκλημάτων, *Absolvo te à criminibus.* Lucian. Ἀπολύω σε ἐγκλήματος, *Absolvo te à criminibus.* Isocrat. in Helen. Τῆς ἐλπίδος πολλοὶ ἐψεύσαντο, *Spe suâ multi frustrati sunt.*

Eodem modo & σφάλλομαι, πταίω & ἀποτυγχάνω usurpantur.

APPEND.

Δέομαι, *rogo, peto*, & λαμβάνομαι, ἐπιλαμβάνομαι, quando idem quod *apprehendo* & *nanciscor* significant, genitivo jungitur: ut,

Gyges

Gyges ad Candaulem, apud Herodot. lib. 1. Σῦ δέομαι, μὴ δέεσ ἀνόμων, *Te rogo nè petas iniqua.* Isocrat. Epist. 7. Κλεάρχε μηδὲν πώποτε ἐδεήθην, *A Clearcho nihil unquam petivi.* Plato, De Repub. Ὁ παῖς λαβόμενος τῦ ἱματίυ, *Cùm puer vestem prehendisset.* Synes. Ἐὰν λάβωμαι σχολῆς, γεάφω, *Si nactus fuero otium, scribam.*

REG. 2.

Genitivum adsciscunt verba Partem substantiæ alicujus significantia: ut,

Dion Chrys. Οἱ διψῶντες ὑδὲν δέονται ὄινυ, ἀλλὰ ἀποχῆ αὐτοῖς ὕδατος πεῖν, *Sitientes non indigent vino, sed sufficit ipsis aquam bibere.*

Κρεμῶ σε τοῦ ποδός, *Suspendo te pede.*

Δρέπομαι ἀνθῶν, *Decerpo flores.*

Ἕλκει σὲ ῥινός, *Trahit te naso.*

Λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, *Lupum auribus teneo.* Proverbium.

Marc. 9. Ὁ δὲ Ἰησῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτόν, *At Jesus apprehendens eum manu, erexit illum.*

Quòd si totum significatur, utuntur accusativo: ut, Πίνω τὸ ὕδωρ, *Bibo aquam.*

Item quæ Materiam significant, ponuntur in genitivo: ut,

Ἀνδριάντα ἐποίησε μαρμάρυ, *Fecit statuam ex marmore.*

Aliquando additur præpositio ἐκ vel ἐξ.

Et verba in quibus subaudiendum est ἕνεκα, genitivum adsciscunt: ut, Εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, id est, ἕνεκα τῆς τύχης, *Beatum prædico te propter fortunam.* Phalar. Τότε δὲ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, δὶ τρόπων ἐτιμωρώμεθα, *Tunc demum eum ob artem laudantes, morum causâ mulctabamus.* id est, ἕνεκα τῆς τέχνης. Et, Ἕνεκα τῶν τρόπων. Ζηλῶ σε τῆς ἐλευθεριότητος, *Admiror te ob liberalitatem.* Suidas; Μακαρίζω σε τῆς εὐτυχίας, Ὄλορε, *Beatum te prædico, seu gratulor tibi, Olore, propter felicitatem*

felicitatem ſobolis. His verbis allocutus eſt Herodotus patrem Thucydidis. Cùm enim audiviſſet Thucydides puer Herodotum in Olympiis hiſtorias ſuas recitantem, divinitus commotus lacrymas profudit. quod cùm Herodotus animad vertiſſet, gratulatus eſt patri ipſius felicitatem ſobolis, hortatúſque ut erudiendum curaret filium diligenter. gliſcere enim in animo ipſius cupiditatem bonarum artium atque diſciplinarum.

De Verbis cum nominibus Temporis.

R E G. 1.

GEnitivo caſu nomina Temporis efferuntur: ut, Pſal. 1. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός, *Et in lege Domini meditabitur die ac nocte.* Hippocr. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, *Ventres hyeme & vere naturâ calidiſſimi ſunt.*

R E G. 2.

Nomen Temporis etiam in dativo poſitum invenies: ut, Τῇ ὑστεραίᾳ, *Poſtridie.* Πολλοῖς ἔτεσιν ἔμπροσθεν Φιλίππου, *Multis annis ante Philippum.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, *Eodem die.* Οὐ πολλῷ ὕστερον, *Non multò póſt.* Οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον, *Non multis diebus póſt,* &c.

R E G. 3.

Cùm Duratio ſignificatur ſeu continuum tempus, modò dativo, modò accuſativo utuntur: ut, Ἐτεσιν ὅλοις ἕτερον ἀποδημήσας, *Viginti integris annis peregrè profectus.* Juſtin. Ὅστις πολὺν χρόνον ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον, *Qui longo tempore injuſtè agens non punitur, hic omnium infeliciſſimus habendus eſt.* Æſchyl. in Prometh.

Κρεῖσσον εἰς ἅπαξ θανεῖν Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς, *Melius eſt ſemel mori quàm omnibus diebus afflìgi.*

Demoſth

Demoſth. Ἔπινον ἐκάστοτε ἐπὶ τῷ ἡμέρᾳ ὅλην, *Potabant iſti quotidie totos dies.*

Huc pertinent & illa:

Iſocr. in Panath. Γέγονα ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα, *Natus ſum annos nonaginta novem.* Idem, in Æginet. Ἀδελφὴν δέκα ἔτη γεγονυῖαν, ἐντὸς διάκοντα ἡμερῶν κατέθαψα, *Sororem decem annos natam, intra triginta dies ſepelivi.* Arian. lib. 7. Ἀλέξανδρος ἐβίω δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, *Alexander vixit duos & triginta annos.*

Dicunt etiam per genitivum: ut, Εἰμὶ ἐτῶν τεσσαράκοντα, *Sum quadraginta annorum.* Ἀλέξανδρος ἀπεθνήσκων δύο καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐγένετο, *Alexander cùm moreretur triginta duorum annorum erat.*

REG. 4.

Nonnunquam accedunt præpoſitiones: ut, Nazianz. Οὐ τοσοῦτον κερδανῶ μοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ μικρᾷ, ὅσον πλείω κακὰ τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ παθόντες, τὰ δὲ περάσαντες ἴσως, *Hoc nobis adfert longius vitæ ſpatium, quòd plura mala partim videmus, partim ſuſtinemus, partim perpetramus.* Luc. 1. Ἐν μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριήλ, *In menſa ſexto miſſus eſt angelus Gabriel.*

Euphron. apud Stob. Ἔργον συναγαγεῖν σωρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ· ἐν ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ διαφορῆσαι ῥᾴδιον, *Haud facilè cumulus accervatur etiam longo tempore; uno verò die facilè diſſipabitur.*

Urbium nomina.

REG. 1.

NOminibus Urbium præpoſitiones, ſicut & appellativis, adduntur: ut,

Plutarch. Apophth. Γαΐῳ Καίσαρος πολίχνιον λυπρὸν ἐν ταῖς Ἄλπεσι παρερχομένῳ, Μᾶλλον, ἔφη, ἐζηλώμουν ὧδε τοὺς ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος ἐν τῇ Ῥώμῃ, *Cùm C. Cæſar*

Cæſar caſtellum ſterile in Alpibus præteriret, Mallem, inquit, hîc eſſe primus quàm Romæ ſecundus. Idem; Εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενός τις, καὶ τῷ πρὸς τοὺς πρεσβύτας τῶν νέων τιμὴν ἐπαινοῦντι, Ἐν Σπάρτῃ μόνῃ, ἔιπε, λυσιτελεῖ γηρᾴσκειν, *Cùm quidam Lacedæmonem veniſſet, & ſpectaſſet honorem quem juniores ſenioribus exhibebant, Spartæ, inquit, ſolùm ſeneſcere utile eſt.* Proverb. Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, *Noctuas Athenas.* Plutarch. Apopth. Ἀντίοχος τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολὴ καλὴν φανεῖσαν, εὐθὺς ἀνίζ ἀξεν ἐξ Ἐφέσου, φοβούμενος μὴ παρὰ γνώμην ἐπιθαλῇ περί ξαί τι τῶν ὐχ ὁσίων, *Antiochus Dianæ ſacerdotem aſſpiciens, cùm formoſiſſima viſa eſſet, ſtatim Epheſo diſceſſit, nè præter animi ſententiam aliquid impii perpetrare cogeretur.*

REG. 2.

Quædam urbium nomina adverbialiter ponuntur adjectione ſyllabarum σι, θεν & ζε, ut, βιόω Ἀθήνησι, id eſt, βιόω ἐν Ἀθήναις, *Vivo Athenis*; ὑποστρέφω Ἀθήνηθεν, id eſt, ὑποστρέφω ἐξ Ἀθηνῶν, *Redeo Athenis*; ὁπάομαι Ἀθήναζε, id eſt, ὁπάομαι εἰς Ἀθήνας, *Proficiſcor Athenas.* Sic Θήβησι, *Thebis*, Θήβηθεν, *ex Thebis*, Θήβαζε, *Thebas.*

Mercandi & Vendendi verba.

REG. 1.

PRetium genitivo caſu effertur: ut, Matth. 10. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν ὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, *Nonne duo paſſerculi minuto aſſe venduntur? & unus ex illis non cadet in terram ſine Patre veſtro.*

Xenoph. Memorab. 2. Ex Epicharm. Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί, *Laboribus, ſeu per labores, omnia nobis venduntur Dii.*

REG. 2.

Nonnunquam Pretium in dativo ponitur: ut, Chryſoſt. Ἰδίῳ θανάτῳ τὸ πώμενον περιέβηος, *Propriâ morte gregem mercatus eſt.* Baſil. Τῷ πολυτιμήτῳ αἵματι τῷ Θεοῦ ἠγορασθῆς· μὴ γίνου δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, *Cùm pretioſo ſanguine Dei redemtus ſis, nè fias ſervus peccati.*

REG. 3.

Aliquando Pretium additâ præpoſitione, περὶ, ἀντὶ, ἐπὶ, aut ſimili, effertur: ut, Joel. 3. Καὶ τὰ κοράσια ἐπώλεν ἀντὶ τοῦ οἴνου, *Et puellas vendiderunt vino.* Lucian. in Philopſ. Ἐπὶ μεγάλῳ μεγάλως ἀπαλλάττω σε τῆς δεινῆς, *Magno pretio libero te à malis.*

REG. 4.

Verbis Mercandi & Vendendi adduntur hi genitivi, πόσου, πολλοῦ, πλείονος, ὀλίγου, μικροῦ, & ſimiles, ſicut apud Latinos, *tanti, quanti, pluris, minoris*, &c. ut, Πόσου ἠγόρασας τὸ βιβλίον; *Quanti emiſti libellum?* Πολλοῦ ἐπριάμην, *Magno pretio emi.* Matth. 26. Ἠδύνατο τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς, *Potuit illud unguentum venundari magno, & dari pauperibus.* Iſocrat. ad Nicocl. Τὰς δωρεὰς ὑμεῖς βασιλεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν διδόντων ἢ τῶν πωλούντων, *Vos reges munera à donantibus pluris emitis, quàm ab illis qui vendunt.* Idem, de Pace; Πολλοὶ σύμπασαν ἀρετὴν καὶ εὐδαιμονίαν ὀλίγου πωλοῦσι, *Multi omnem virtutem & felicitatem parvi vendunt.* Xenoph. Οἱ ἀγαθοὶ οἰκονόμοι, ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ἐξῇ πρίασθαι, τότε φασὶ δεῖν ὠνεῖσθαι, *Boni œconomi, cùm licet rem magni pretii parvo emere, tunc dicunt emendum eſſe.*

REG. 5.

Sic & Permutandi atque Æſtimandi verba genitivum adſciſcunt: ut, Proverb. Χρύσια χαλκείων ἀμείβειν, *Aurea æneis permutare.* Plutarch. Apophth. Σοφὸς ἀνὴρ ἀλλάξατο

ἀλλάξαιτο τῆς ἐλευθερίας τινὶ Περσῶν βασιλείαν, *Sapiens vir libertatem Perſarum regno non permutaret.* Demoſth. Τιμῶμαι τόδε πλείσε, *Æſtimo hoc magni.*

De Verbis cum Dativo.

REG. 1.

VErba omnia in quibus eſt quædam Concedendi, Tribuendi, Commodandi, Comitandi, Sequendi, Certandi, Similitudinis, Reprehendendi, Utendi, Converſandi, Exprobrandi, Confidendi, Conveniendi, Admonendi, Colloquendi ſignificatio, dativum Perſonæ aut Rei adſciſcunt.

¶ Tribuendi; Concedendi: ut,

Democrit. Ξένοις μεταδίδου καὶ πᾶσι δεομένοις ἐκ τῶν ἐόντων· ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ, οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος, *Peregrinis & indigentibus des ex bonis tuis: Qui enim non dat indigenti, is nec viciſſim accipiet cùm indigebit.* Mileſius, apud Laert. Οἷα ἂν ἐράνυς ἐνέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοιούτους αὐτοὺς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου, *Qualia parentibus præſtiteris beneficia, talia viciſſim in ſenectute à tuis liberis exſpecta.* Epictet. Ἄρχοντι καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον, *Principi & ſapientiori cedere, honeſtum eſt.*

¶ Commodandi: ut,

Lycurg. apud Stob. Δεῖ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς οἰκείοις βοηθεῖν ἄνευ τοῦ μὴ ὀμνύειν, *Amicis & familiaribus ſubveniendum eſt, ſed ità nè peccetur contra juſjurandum & religionem.* Soph. in Ajace; Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, *Silentium mulieribus decus affert.*

Sed quædam Commodandi & Incommodandi verba, ut εὐεργετέω, βλάπτω, item ποιέω, δράω, ἐργάζομαι, de quibus infrà pag. 118, accuſativum habent.

¶ Sequendi; Comitandi: ut,

Mosch. Ἕπεσθαι τοῖς πρηνοῖς ἔωθε τὰ λυπρά, *Voluptatem sequi solet tristitia.* Demosth. Olynth. 3. Τῷ ἀργεῖν καὶ σχολάζειν ἕπεται ἀπορεῖν, καὶ ταλλότρια πολυπραγμονεῖν, *Desidiam & otium sequitur egestas, ac aliena agendi-studium.* Diodor. lib. 19. Ταῖς εὐτυχίαις ἔωθεν ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖν ῥᾳθυμία καὶ καταφρόνησις, *Res secundas solet ut plurimùm ignavia & fastus comitari.*

¶ Certandi; Contendendi: ut,

Pittacus; Μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς, *Ne contendas cum parentibus tuis, etiamsi justam causam habeas.* Cleobulus; Γυναικὶ μὴ μάχε, μηδὲ φιλοφρόνως ἀλλοτρίων παρόντων, *Cum conjuge tua nè contendas, neque eam amplectaris, præsentibus aliis.* Isocrat. Τοῖς οἰκείοις πολεμοῦσι, *Cum suis domesticis bellum-gerunt.* Virg. in Buc.

——— *Solus tibi certet Amyntas.* Idem, 1. Æneid.

Impar congressus Achilli. Idem, 11. Æneid.

Stat conferre manum Æneæ. Ovid. in Helena;

Dum novus est, cœpto potiùs pugnemus amori. & De Arte;

Non erat armatis æquum concurrere nudas.

Statius; *Et magno bellare parenti.*

¶ Similitudinis: ut,

Plutarch. in Pædag. Γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δ' ὁ παιδεύων, σπέρματι δ' αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι, *Terræ natura, agricolæ magister, semini instituta & præcepta quæ traduntur, similia sunt.* Isocrat. Τὸ τῆς πόλεως ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι,

Scilicet in vulgus manant exempla regentum.

¶ Reprehendendi: ut,

Idem; Πίστευε μᾶλλον, μὴ τοῖς πᾶν ὅ,τι ἂν ποιῇς καὶ λέγῃς ἐπαινοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἁμαρτανομένοις ὑπομιμνῄσκουσι, *Fidos existima, non qui omnia tua dicta & facta laudant, sed qui tua errata reprehendunt.* Idem; Θυμουμένοις μὲν φίλοις εἴκειν δεῖ, πεπαυμένοις δὲ τοῖς ὀργῆς ἐμπλήπλειν, *Iratis amicis cedendum est; ubi verò deferbuit ira,*

ira, reprehendendi ſunt. Ariſt. Eth. 3. Τοῖς μὲν δὰ φύσιν αἰσχροῖς οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ, *Deformitates naturâ tributas nemo probri vice alteri objicit.*

Sed Reprehendendi verba præter dativum Perſonæ, etiam accuſativum Rei adſciſcunt: ut, Iſocrat. de permut. Φυλακτέον ὅτιν, ὅπως μηδὲν ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐπιτιμῶσιμεν, τούτοις φανόμεθα ὁμοίως ποιοῦντες, *Cavendum eſt, nè eadem committere videamur quæ in aliis reprehendimus.*

¶ Utendi: ut,

Idem, ad Demon. Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις, *Neminem tibi adjungas amicum priuſquam quomodo prioribus amicis uſus ſit exploraveris.* Ariſtot. 4. Ethic. Ὧν ὅτι χρεία τις, ὅτι τύτοις χρῆται καὶ εὖ καὶ κακῶς, *Quarum rerum uſus aliquis eſt, iis & rectè & perversè uti homines poſſunt.*

¶ Converſandi: ut, Menand.

Σοφοῖς ὁμιλῶν, καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός·
Κακοῖς ὁμιλῶν, καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
Si cum ſapientibus verſaris, etiam ipſe eris ſapiens:
Si cum malis verſaris, etiam ipſe eris malus.

¶ Exprobrandi: ut,

Sextus; Μὴ ὀνείδισεις τῷ φίλῳ σε χάριτας· ἔσῃ γὰρ ὡς ὐ δεδωκώς, *Nè exprobres amico tuo veneficia: alioquin eris tanquam non dederis.*

¶ Confidendi: ut,

Theodoret. Δεῖ τῷ Θεῷ πεποιθέναι, καὶ τοῖς ἐκείνε πηδαλίοις πιστεύειν, *Deo confidere oportet, & ejus gubernaculis niti.* Iſocrat. Ὃς πιστεύει τοῖς παροῦσιν, ἀνόητός ὅτι, *Qui rebus præſentibus confidit, is ſtultus eſt.*

¶ Conveniendi: ut,

Pindar. Συμποσίῳ πρέπει ἡσυχία, *Tranquillitas convivio convenit.* Xenoph. Pæd. 1. Ἔγνω βέλτιον εἶναι ἀμφοτέροις τὸν ἁρμόζοντα ἐκάτερον ἔχειν χιτῶνα, *Decernebat melius eſſe, utrumque ſibi habere congruentem tunicam.*

Sed ſequitur verbum ἁρμόζω & ἁρμόττω etiam præpoſitio

sitio πρὸς vel εἰς cum accusativo; aliquando etiam infinitivus: ut, Isocrat. Ἡ σωφροσύνη πρὸς τὰς συνεσίας ἁρμόττει, *Modestia vitæ consuetudini accommoda est.* Idem; Περὶ τῶν φανερῶν οὐχ ἁρμόζει πολλὰ λέγειν, *De rebus manifestis non convenit multa dicere.*

¶ Admonendi: ut,

Plutarch. in Apophth. Δημήτριος ὁ φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρήνει τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κλᾶσαι καὶ ἀναγινώσκειν. ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαρροῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται, *Demetrius Phalereus Ptolemæum regem admonebat ut conscriptos de regno imperioque libros sibi compararet & legeret: Nam quæ amici non audent reges monere, ea in libris descripta esse.* Plutarch. Αἰσχίππος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κλᾶσθαι, ἅπερ αὐτοῖς ναυαγήσασι συγκολυμβήσει, *Aristippus juvenes hortari solitus est, ut tali se viatico instruerent quod una cum naufrago enataret.* Isocrat. Πειράσομαί σοι συντόμως ὑποτίθεσθαι, *Ego studebo te paucis monere.*

Reliqua Monendi verba, cujusmodi sunt νουθετέω, παρακαλέω, προτρέπω, παροξύνω, παρορμάω, & similia, ferè accusativum adsciscunt.

¶ Colloquendi: ut,

Chrysost. Πᾶς ὁ προσευχόμενος τῷ Θεῷ διαλέγεται, *Omnis qui orat, cum Deo colloquitur.* Idem; Τῷ Θεῷ ὡς ἀληθῶς λαλοῦμεν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς, *Cum Deo revera colloquimur tempore precationis.*

REG. 2.

Verba composita nonnunquam habent dativum, vel alium casum, vi præpositionis cum qua componuntur: ut, Liban. Συγχαίρειν χρὴ τοῖς φίλοις καλῶς πράττουσιν, ὡς καὶ συναλγεῖν λυπουμένοις, *Cum amicis felicibus & beatis gaudendum est, sicut & cum tristibus dolendum.* Chrysost. Ἀμήχανον τὸ τέλος ἐκπιεῖν τὸν ἅλα διατοῖα ὀπὶ τὸν

τὸν Θεὸν ἐλπίζοντα καὶ τὰ παρ' ἑαυτῷ πάντα εἰσφέροντα, *Impossibile est ut à fine, seu scopo, aberret, qui totâ mente in Deum sperat, & omnia sua pro virili agit.* Nazianz. Ἀεὶ προτίμα τὰς καλὰς τῆς μὴ καλῶν, *Boni semper malis præferendi sunt.*

REG. 3.

Dativum significantem Instrumentum, Causam vel Modum agendi, propemodum omnibus activis, & aliorum etiam generum verbis, subjicimus: ut, Basil. Ἀφέσει ἀντιδίδοται ἄφεσις, *Condonatione remuneratur condonatio.* Cleobul. Τὰς γέροντας ὑπομονῇ νίκα, *Senes patientiâ vince.* Nazianz. Οὐδενὶ τοσούτου χαίρει ὁ Θεὸς, ὅσον ἀνθρώπου διορθώσει καὶ σωτηρίᾳ, *Nullâ re magis lætatur Deus quàm hominis emendatione & salute.* Philipp. apud Plutarch, in Apophth. Πειρῶμαι τοὺς λοιδοροῦντας ἅμα καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς ἔργοις ψευδομύθους ἐλέγχειν, *Conabor calumniatores meos cum verbis tum factis refutare atque mendacii arguere.* Diodor. Τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα χειρωθῆναι, τῷ χρυσῷ ῥᾴδιόν ὅτι καταπολεμῆται. τῷ ἀργυρίῳ γὰρ ὑποτάσσεται πάντα, *Quæ armis domari non possunt, auro facilè expugnantur. Pecuniæ enim obediunt omnia.* Chrysost. Οὐ τῷ μέτρῳ τῆς διδομένων ἐλεημοσύνη κρίνεται, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῆς γνώμης, *Eleemosyna non ex mensura largitionis sed ex animi liberalitate æstimatur.*

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις,
Argenteis pugna telis, ac omnia vinces.

Sic respondit oraculum Philippo regi interroganti quo pacto posset potiri victoriâ.

EXCEPT.

Loco dativi Causæ, vel Instrumenti, ponitur interdum præpositio διὰ, χάριν, ἐπὶ cum suo casu; & est periphrasis dativi: ut, Demosth. in Amat. Διὰ καρτερίας καὶ φιλοπονίας ἅπαν-

τῶν ὄντων ἀγαθῶν ἀνάλωτον πέφυκε, *Tolerantiâ & industriâ nihil in rerum natura bonum est quin comparetur.* Ibidem; Διὰ ἀργίας καὶ ῥᾳθυμίας καὶ τὰ παντελῶς ὀλιγόπλαια δυσχείρωτά ἐστι, *Ignaviâ & socordiâ nè facillima quidem comprehendi possunt.* Isocrat. in Helena; Τοῖς μὲν σὺν ἔσιν ἢ κατ' ἄλλό τι περέχεσι φθονοῦμεν, *Illis qui vel sapientiâ vel aliâ quâdam re excellunt invidemus.* Xenophon, 1. Memorab. Ὀγκᾶσθαι ἐπὶ γένει, ἐπαίρεσθαι ἐπὶ πλούτῳ, καὶ φυσᾶσθαι ὅτι δυνάμει, οὐδενὶ θέμις ἔστι, *Splendore generis superbire, propter divitias efferri, & potentiâ inflari, nemini fas est.* Philo; Δεῖ τὸν βασιλῆα ἐπὶ μηδενὶ μᾶλλον χαίρειν καὶ τέρπεσθαι, ἢ ἐν τῷ τοὺς ὑπηκόους εὐεργετεῖν, *Decet regem nullâ re magis gaudere & lætari quàm suâ erga subditos beneficentiâ.*

REGULA 4.

Στέργω, ἀρέσκομαι, ἀρκέω, ἀγαπάω, i. *Boni consulo, contentus sum,* nunc cum dativo nunc cum accusativo construuntur: ut, Isocrat. de Pace; Ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ στέργειν τοῖς παροῦσι, χαλεπώτατον πάντων τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων ὄζιν, *Quiescere & præsentia bona consulere plerisque hominibus difficillimum est.* Idem; Οἱ ἄνθρωποι οὐ στέργουσιν οἷς ἔχουσιν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρέγονται, *Homines non contenti sunt illis quæ habent, sed semper plus appetunt.* Lucian. in Menip. Δεῖ σωφρονοῦντα ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν ἀφόρητον οἴεσθαι, *Decet sapientem in præsentibus rebus acquiescere, & nihil intolerabile putare.* Joseph. Antiq. lib. 12. Μεγαλόψυχος ὢν καὶ φιλόδωρος, οὐκ ἀρκεῖται τοῖς οὖσι, *Qui magnanimus & munificus est, non potest esse contentus rebus præsentibus.* Isocrat. ad Demon. Στέργε τὰ παρόντα, *Boni consule præsentia.* Demosth. Olynth. 1. Στέργω τὴν τύχην, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ φυλάττειν πειράσομαι, *Fortunam boni consulo, & mea tutari studebo.* Sophocl. Antig. Στέργει οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν, *Nemo diligit nuncium qui mala nunciat.*

REG.

REG. 5.

Verbo ἔχω Habendi ſignificatione utimur cum dativo: ut, Οὐκ ἔστι μοὶ ἀργύριον, *Non eſt mihi argentum.* Eurip.

Οὐκ ἔστι παισὶ τοῦτο κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.
Non liberis eſt pulchrius munus aliud,
Quàm liberos dici parentis optimi.

APPEND.

Nonnunquam & ὑπάρχει in eadem ſignificatione ponitur: ut, Actor. 3. Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοί· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι, *Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do.*

De Verbis cum Accuſativo.

REG. 1.

Activa verba & eorum ſignificationem habentia, accuſativos adſciſcunt: ut, Evagr. Ῥώννυσι μὲν οἶνος σῶμα, τίθησι δὲ ψυχὴν λόγος Θεοῦ, *Vinum corroborat corpus, animam verò verbum Dei.* Demoſth. Μικρὰ δίδοναι βέλτιον μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν, *Parva potiùs largiri quàm ut magna promittas.* Diog. Νεκρὸν ἰατρεύειν καὶ γέροντα παιδεύειν ταὐτόν ἐστι, *Mortuum curare & ſenem erudire idem eſt.* Plutarch. Φρόνησις εὐτυχίαν ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται· τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιεῖ, *Prudentia ut plurimùm bonam fortunam donat; fortuna verò prudentiam non efficit.* Plutarch. Syllâ; Δεῖ φυλάττεσθαι τὴν φιλοτιμίαν ὡς ὀλεθριωτάτην καὶ κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις, *Fugienda eſt ambitio, quæ maximam peſtem perniciemque ambitioſis affert.* Æſchin. de falſa leg. Οὐ προσδέχεται δίκαιος ἔρως πονηρίαν, *Honeſtus amor improbitatem non admittit.*

APPEND.

Huc & Miſerendi verba pertinent; ut; Matth. 18.

Οὐκ

Οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σε, ὡς κἀγώ σε ἠλέησα; *Nonne & te oportuit misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum?* Psalm. 103. Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱῶν, ᾠκτείρησε Κύριος φοβουμένους αὐτόν, *Sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.*

Σπλαγχνίζομαι autem vel genitivum solum, vel præpositionem περὶ aut ἐπὶ cum suo casu adsciscit: ut, Matth. 18. Ἐσπλαγχνίσθη ὁ κύριος τοῦ δούλου, *Misertus est dominus servi illius.* Luc. 7. Ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῇ, *Misericordiâ motus est super illam.*

REG. 2.

Quodvis verbum nominis ab eo deducti accusativum admittit: ut, Matth. 2. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, *Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno.* Basil. Ὁ τὰ ἑτέρων λαμβάνων, καὶ ἑτέροις δίδους, οὐκ ἠλέησεν, ἀλλὰ καὶ ἠδίκησεν ἀδικίαν πάνυ ἐσχάτην. *Is qui aliis eripit, & aliis dat, non misericordiam exercuit, sed extremam injustitiam operatus est.* Hom. Iliad. i.

Πολλῶν ἀγειρομένων τῷ πείσεται, ὅσσον ἀρίστη
Βουλὴν βουλεύσῃ

Cùm multi congregati sunt, illi obtemperes qui optimum consilium dederit.

Plutarch. in Apoph. Ἀντίγονος νοσήσας μικρὰν νόσον, ὡς ἀνέρρωσεν, Οὐδὲν ἔφη παθέναι χεῖρον· ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος μὴ μεγαφρονεῖν, ὡς ὄντας θνητούς, *Antigonus, cùm levi morbo laborasset, recuperatâ sanitate dixit, Hunc morbum sibi nequaquam incommodè accidisse: eo enim se monitum, nè mortalis cùm esset, magnificè de se sentiret.*

REG. 3.

Multa verba activæ vocis duos accusativos, unum Personæ, alterum Rei, eúmque vel suæ vel alienæ derivationis, adsciscunt: ut,

Αἰτῶ

Ἀδικῶ σε { ἀδικίαν, *Afficio te injuriâ.* / τοῦτο, *Hac in re tibi injuriam facio.* / μηδὲν, *in nulla re tibi injuriam facio.*

Marc. 9. Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος, *Quiſquis ad bibendum dederit vobis calicem aquæ, &c.* 1. Corinth. 3. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, *Lactis potu vos alui, & non eſcâ.*

Ἀδικοῦμαι ὑπὸ σε { ἀδικίαν, *Afficior à te injuriâ.* / τοῦτο, *In hac re fit mihi à te injuria.* / μηδὲν, *In nulla re afficior à te injuriâ.* / τὸ ἴσον ἀδίκημα, *Pari afficior à te injuriâ.*

Ariſtot. Τίς ἐπιτήδειος πρὸς φιλίαν; ὁ πλεῖστα ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, *Quis idoneus eſt ad amicitiam? qui plurimas injurias ferre poteſt.* Nazianz. Οἱ ποτιζόμενοι τὸ γάλα, *Quibus lacti potus præbetur.*

Ὑβρίζω σε { ὕβριν ὕβρεισμὸς } *Contumelioſus in te ſum.* / τοῖα, *Tali contumeliâ, vel injuriâ, te afficio.*

Sic & paſſivè;

Ὑβρίζομαι { ὕβριν, *Afficior contumeliâ.* / δεινὴν ὕβριν, *Atroci injuriâ afficior.* / τοῖα, *Talibus contumeliis afficior.*

Demoſth. Ἐξελέγξω δ' πρῶτον ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς ἠδικήθητε, *Oſtendam autem primùm quantâ contumeliâ ipſe affectus ſim, poſtea quantâ injuriâ vos affecti ſitis.*

REG. 4.

Ut autem quodvis verbum activæ vocis, præter accuſativum Perſonæ, etiam ſuæ derivationis accuſativum Rei generalem adſciſcit; ità & alienæ derivationis accuſativum Rei ſpecialem admittit, qui & verbis paſſivis addi poteſt, & dativi Cauſæ vel Inſtrumenti vim habet: ut, Pſalm. 25. Μίσος ἄδικον ἐμίσησάν με, *Odio iniquo oderunt me.* Matth. 20. Δύνασθε τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; *Poteſtis baptiſmate quo ego baptizor baptizari?*

Exempla

Exempla de verbis cum accuſativo alienæ derivationis; Plato; Ἐπαινῶ σε ταῦτα, *Laudo te in his*, vel *propter hæc*. Philoſtr. Heroic. Ἐπαινέμαι τὴν ναυπλίαν, *Laudor propter navigandi peritiam*. Luc. 12. Ἐκεῖνος ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου καὶ μηδὲ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνούς, δαρήσεται ὀλίγας, ſcilicet, πληγάς, *Ille ſervus qui cognovit voluntatem Domini ſui & non facit, plagis vapulabit multis; qui autem non cognovit, paucis*. Plato 8. de Leg. Μαστιγούσθω πληγὰς ἰσαρίθμους, *Flagelletur plagis numero paribus*. Matth. 16. Τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; *Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucratus fuerit, animæ verò jacturam fecerit?* Nazianz. Τὴν πρώτεραν ἐκαθαίρθη γένεσιν, *A priori generatione purgatus eſt*. Eodem modo Horatius locutus eſt;

Qui purgor bilem ſub verni temporis horam.

Ovid. Epiſt. 16.

Ipſa comas pectam, galea caput ille premetur?

Sed quidam hæc & ſimilia ad ſynecdochen referre volunt.

REG. 5.

Græcis uſitatum eſt conjungere nomen & verbum, ità ut verbo quaſi neglecto, nomen Latinè reddendum ſit, quoties hæc forma ſermonis transfundenda eſt: ut, Ποιεῖσθαι φάσιν, *apparere*, ποιεῖσθαι μετάβασιν, *tranſire*. Quòd ſi verbum pro verbo reddere velis, erit inepta verſio, abhorrens à conſuetudine linguæ Latinæ, *Facere apparitionem*; *Facere tranſitionem*, &c.

Hanc Græcam conſuetudinem loquendi imitatus eſt Paulus, Philipp. 2. Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, Hæc ad verbum expreſſa admodum obſcurè ſonant, *Qui cùm eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo*. Sed ſententia eſt, *Non rapuit æqualitatem Dei*. Poſuit enim ἡγήσασθαι ἁρπαγμὸν pro ἁρπάζειν, *rapere*. Similis phraſis

ſis exſtat Hebr. 10. Τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, *Sanguinem teſtamenti profanans.* κοινὸν ἡγησάμενος pro κοινώσας vel κοινωσάμενος. Deinde in dicto Pauli oratio infinitiva, τὸ εἶναι ἴσα, debet converti in nomen, ut ſignificet idem quod ſubſtantivum nomen ἰσότητα. Poſtea ab adjectivo ἴσα regitur dativus Θεῷ, qui Latinè per genitivum reddendus eſt; quia ſubſtantivum cum ſubſtantivo genitivo caſu jungitur. Eam autem eſſe vim atque naturam articuli neutri generis apud Græcos, ut transformet infinitivum aut infinitivam conſtructionem in nomen, patet infrà ex regulis de Infinitivis pro nominibus uſurpatis.

Similem formam ſermonis uſurpat & Thucydides, lib. 8. pag. 212. Στρομβιχίδης Λάμψακον ἀτείχιστον ὄσαν ἑλὼν, καὶ σκεύη μὲν καὶ ἀνδράποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος, *Strombichides poſtquam cepit Lampſacum, quod non erat munitum rapuit vaſa & mancipia.*

Plutarch. in Pædag. Τὰς ἕνεκα παιδοποιΐας πλησιάζοντας ταῖς γυναιξὶν, ἤ τοι σώφρονας οἴονται, ἢ μετρίως γοῦν οἰνωμένους ποιεῖσθαι προσήκει τὴν συνουσιασμόν, *Qui procreandæ ſoboli cauſâ ad uxores accedunt, illos decet aut planè ſobrios aut certè moderatè vino uſos cum eis concumbere.* ποιεῖσθαι τὴν συνουσιασμὸν, pro συνουσιάζειν.

Chabrias; Δέον τὰ τέλη τῶν πραγμάτων ἡμᾶς προορᾶν, καὶ ἔπειτα τούτων ἐγχείρησιν ποιεῖσθαι, *Exitus rerum proſpicere oportet, ac ità demum eas aggredi.* ἐγχείρησιν ποιεῖσθαι, pro ἐγχειρίζεσθαι.

REG. 6.

Græci paſſim utuntur accuſativis per ſynecdochen: ut, Ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, *Doleo caput.* Πλήττομαι τὸν πόδα, *Percutior pedem.* Sophocl. Antig.

Ἔγνωκα κοὐ τὸς καταίνομαι φρένας,
Intelligo ipſe & perturbor mente.

Pompon. Mela; *Ultro corpora infecti.* Item, *Sarmati torum bracchati corpus, & niſi quâ vident, ora tecti.*

REG.

REG. 7.

Attici usurpant accusativum cum adverbiis εὖ, καλῶς, κακῶς, loco dativi, ubi per verba πράττω, ποιέω, δράω, &c. significant *bene aut male fieri cuipiam*: ut, Plato; Ὅταν βούληται θεὸς εὖ δὲ πράξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθὸς ἐποίησεν· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξαι πόλιν, ἐξεῖλε τοῦ ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πόλεως ὁ θεός, *Quando vult Deus benefacere civitati, viros præstantes mittit; quando verò vult punire civitatem, avocat ex ea bonos viros Deus.* Epictet. Παρόντας μὲν τοὺς φίλους δεῖ εὖ πράττειν, ἀπόντας δὲ εὐλογεῖν, *Amicis præsentibus beneficia, absentibus bona verba conferre oportet.* Matth. 5. Καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, *Benefacite illis qui vos oderunt.* Soph.

Ὦ ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκότας κακῶς.

O homo, nè malè facias mortuis, hoc est, *nè insultes mortuis.*

APPEND.

Hujus generis etiam sunt hæc Dicendi verba, λέγω, ἀγορεύω, quæ præter accusativum Personæ adverbium εὖ vel κακῶς adsciscunt: ut, Pittac. Τὸν φίλον μὴ κακῶς λέγε, *Nè dicas aliquid mali de amico.* Solon; Μὴ λέγε κακῶς τὸν τεθνηκότα, *Non maledicas mortuo.*

Demosth. Androt. Οὐκ ἔστι κακῶς λέγειν τοὺς ἄρχοντας, *Non licet maledicere magistratibus.*

Plutarch. Solone; Ἐπαινεῖται καὶ τὸ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν, *Laudatur etiam illa Solonis lex quæ prohibet mortuos contumeliâ affici.* Xenoph. Ἐπίσταμαί σε καὶ εὖ λέγειν τὸν εὖ λέγοντα καὶ εὖ ποιεῖν τὸν εὖ ποιοῦντα, *Cùm sciam & laudare laudantem & benefacere benefacienti.*

REG. 8.

Sæpe verba Faciendi construuntur cum duobus accusativis, uno Personæ, altero Rei: ut,

Ποιέω Ἐργάζομαι Δράω Ῥέζω Ἔρδω	σοι	κακὸν ἀγαθὸν τοιαῦτα τοῦτο	*Facio tibi*	*malè.* *bene.* *talia.* *hoc.*

Iſocrat. de Jugo; Ἀναμνήσθητε ὡς πολλὰ ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐπόιησε, *Mementote quàm multa beneficia in urbem contulerit.* Plato, 5. de Republ. Ἀεὶ ἐγένοντο οἱ μέγιστα κακὰ ἐργαζόμενοι τὰς πόλεις, *Semper fuerunt qui maximis malis rempubl. affecerint.* In his duobus exemplis πόλιν & πόλεις pro accuſativis Perſonæ ponuntur. Iſocrat. Ἀνάγκη τοὺς ἀνθρώπους τοιαῦτα πάσχειν οἷάπερ ἂν τοὺς ἄλλους δράσωσι, *Neceſſe eſt homines talia pati, qualia aliis fecerint.* Iliad. γ'.

Ὄφρα τις ἐρρίγῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι,

Ut aliquis poſterorum hominum perhorreſcat Hoſpitii dominum malè tractare. Heſiod. ἔργ.

Ἶσον δ' ὅς τ' ἰκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει,

Perinde eſt, ſive quis ſupplicem ſive hoſpitem malo quodam afficiat.

Eundem verò uſum εὐεργετέω habet: ut, Ariſt. Pol. 5. Εὐεργετεῖν τὴν πόλιν δεῖ, *Beneficia in civitatem conferenda ſunt.* Xenoph. Pæd. 8. Οἱ ἀγαθοὶ μεγάλα ἀντὶ μικρῶν εὐεργετοῦσι, *Boni pro parvis magna beneficia conferre ſolent.* Demoſth. Πολλὰ εὐεργέτηκεν ὑμᾶς ἐτέρων ἀνήρ, *Multa beneficia in vos contulit hic vir.* Plato, Pol. 1. Οὐκ κακῶς σοι κείσεσθ' ὅ, τι ἂν τοὺς ἀγαθοὺς εὐεργετήσῃς, *Non malè collocabis beneficium quod in bonos contuleris.*

APPEND.

Accuſativum illum Rei retinent ſæpe paſſiva, accuſativo Perſonæ in nominativum mutato: ut, Xenoph. Ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν πλείστα εὐεργετούμεθα, *Nos ſingulis diebus plurimis beneficiis afficimur.*

Huc

Huc & illud pertinet, Actor. 12. Καὶ ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, *Et erat turbatio non exigua inter milites, quidnam accidisset Petro.* Ut enim dico, Τί ποιήσω Πέτρον? *Quid faciam Petro?* (Sic enim dicitur Matth. 27. Τί ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον Χριστόν? *Quid faciam Jesu, qui dicitur Christus?* ità & in passivo dico, Τί ἐποιήθη; Τί ἐγένετο Πέτρος? *Quidnam factum est*, vel *accidit, Petro?*

EXCEPT.

Sed verba Faciendi inveniuntur etiam cum dativo construi: ut, Isocrat. de Jugo; Τίσιας μηδὲν ἀγαθὸν ἐποίησε τῇ πόλει, *Tisias nihil beneficii præstitit civitati.* Matth. 21. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; *Cùm igitur venerit dominus vineæ, quid faciet colonis illis?*

REG. 10.

Duos accusativos, unum Personæ alterum Rei, etiam verba Rogandi, Docendi, Celandi, Interrogandi, Vestiendi seu Induendi, & Exuendi, Commonefaciendi, Flagitandi seu Exigendi, adsciscunt.

¶ Rogandi: ut,

Æsch. in Ctesiph. Χρὴ αἰτεῖν τοὺς θεοὺς ἀγαθά, *Decet petere bona à Deo.* Luc. 11. Τίνα ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; *Quis ex vobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi?*

Dicunt etiam Græci, Αἰτεῖν παρά τινος ἀγαθά, *Petere ab aliquo bona*, per præpositionem παρὰ cum genitivo.

¶ Docendi: ut,

Demosth. Ἐγὼ οὐδέποτε ἡγησάμην χαλεπὸν διδάξαι τὰ βέλτιστα ὑμᾶς, *Ego nunquam putavi difficile esse, optima vos docere.*

¶ Celandi: ut,

Lysias; Ὁ Διογείτων τὴν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον

νατον τὸ ἀνδρός, Diogiton filiam celabat mortem viri.

¶ Interrogandi: ut,

Lucian. Σχεδὸν τὰ αὐτά με ἤρετο, *Ferè eadem me interrogavit.*

¶ Veſtiendi: ut,

Matth. 27. Ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, *Exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis ſuis.*

¶ Commonefaciendi: ut,

Demoſth. Ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνω μικρὰ τῶν γεγενημένων ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, *Neceſſarium duco vobis pauca illorum quæ acciderunt in mentem revocare.* Thucyd. Πάλιν ἄν γε καὶ ταῦτά σε ὑπομιμνήσκω, *Iterum de his te commoneſacio.*

¶ Exigendi: ut,

Chryſoſt. Οὐ πάντας ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ δίκην ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀπογνῷς τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀνελπίσῃς τὴν κρίσιν, *Deus in hac vita non exigit, vel ſumit, ab omnibus pœnas, nè vel deſperes de reſurrectione, vel ſpem de futuro judicio abjicias.*

Sed verbum ἀπαιτῶ loco accuſativi etiam genitivum cum præpoſitione παρὰ adſciſcit: ut, Lucian. Τὸν μισθὸν παρὰ τῶν μαθητῶν ἀπαιτῶ, *Mercedem à diſcipulis exigo.* Idem; Ἀπαιτῶ τὰ ὀφειλόμενα παρά σε, *Exigo debita à te.* Chryſoſt. Ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν τὴν προσευχήν, *Deus flagitat à nobis precationem.*

Πράττομαι, Εἰσπράττω, Εἰσπράσσω, Εἰσπράττομαι, Ἐκλέγω } ὀφειλέτας χρήματα, *Exigo pecuniam à debitoribus.* } τοὺς παραπλέοντας τέλη, *Exigo à navigantibus vectigal.*

Xenoph. Σωκράτης οὐδένα ἀργύριον πράττει, *Socrates à nemine exigit pecuniam.*

REG. 10.

Paſſiva ſæpè accuſativum ſuorum activorum retinent: ut, Baſil. De invidia; Κεῖται παρὰ τῷ διαβόλῳ τὸν φθόνον

καὶ φόνον ἐδιδάχθη, *Cain à Diabolo invidiam & cædem doctus est.* Solon, apud Plutarch.

Γηράσκω ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Senesco, semper multa addiscens.

Ut enim dicitur, Διδάσκω σε πολλά, Διδάσκω σε φθόνον καὶ φόνον, *Doceo te multa; Doceo te invidiam & cædem:* sic etiam dicimus, Διδάσκομαι πολλά, Διδάσκομαι παρά σε φθόνον καὶ φόνον, *Doceor multa; Doceor à te invidiam & cædem,* h.e. *Disco à te invidiam & cædem.*

Herod. Ἐνδύντες ἐσθῆτα, *Veste induti.* Plutarch. Ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους, *Induti tunicis.* Marc. 16. Καὶ εἶδον νεανίσκον περιβεβλημένον στολὴν λευκήν, *Et viderunt adolescentem amictum stolâ candidâ.* Chrysost. Ὅσον πρὸς μείζονα ὄγκον τῆς ἀρχῆς ἀναβέβηκεν ὁ τῷ βασιλείαν λαχών, τοσοῦτον πλείονα ἀπαιτήσεται λόγον, *Quantò ad altius magistratûs & honoris fastigium assendit is qui regnum sortitus est, tantò majorem cogetur reddere rationem.* Basil. Ἀναγκαῖον ὀφείλημα, τῷ εἰς Θεὸν ἀγάπην, ἀπαιτούμεθα· ὃ τῆ ἐλλειπούσῃ ψυχῇ πάντων χαλεπώτερον ἀφόρητον, *Necessarium debitum, Amor Dei, à nobis flagitatur: Eo si caret anima, malum sustinet præ omnibus aliis intolerabile.*

Εἰσπράττομαι { χρήματα, πλοῦν, τέλη, } *Exigitur à me* { *pecunia. pœna. tributum.*

REG. 11.

Ad eundem modum retinent passiva cum accusativum quem habet activum verbum post dativum vel accusativum Personæ, vel ut vocant, post casum acquisitivum: ut, Basil. Ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευμένος, ὡς ὀφείλων λόγον δοῦναι περὶ ἑκάστου τῶν πεπιστευμένων, ὅπως διακείται, *Cui cura communis,* h.e. *gubernatio publica, commissa est, is ità affectus esto tanquam debeat de singulis quæ commissa sunt rationem reddere.* Ut enim dico, Πιστεύειν τινὶ τὴν κοινὴν φροντίδα, *Committere alicui curam communem,* seu *Rempublicam;* sic etiam dico passivè, Πιστεύεσθαι τὴν

τὴν κοινὴν φροντίδα, *Committi curam.* Gregor. Μῦρον δοχείου σαπροῦ ὐ πιστεύεται, *Putrido vasi non committitur unguentum.* Dicimus enim activè, Πιστεύειν δοχείῳ σαπρῷ μῦρον, *Committere unguentum putrido vasi.*

In ejusmodi autem constructione dativus vel accusativus Activi in Passivo in nominativum mutatur, accusativo Rei vtrobique manente: ut,

Μωρῷ ὐ πιστεύομεν } τὴν ἀρχήν,
Μωρὸς ὐ πιστεύεται }
Stulto non committimus imperium;
Stulto non committitur imperium.

Διδάσκω σε }
Σὺ διδάσκῃ ὑπὸ μου } γραμματικήν,
Ego doceo te Grammaticam;
Tu doceris à me Grammaticam.

Hanc Græcam constructionem Virgilius retinuit, Eclog. 3.

Inscripti nomina regum flores.

Ut enim dicimus, *Inscribo flori nomen regis,* sic etiam dicimus, *Flos inscribitur nomen regis,* &, *Flores inscripti nomina regum,* id est, *inscripta habentes nomina regum.*

APPEND.

Græci multa efferunt per passivum quæ Latinè hoc modo dici non possunt, sed aliter reddenda sunt: ut, Nazianz. Ἄφες ὁ ἀφεθεὶς, ἐλέησεν ὁ ἐλεηθείς, *Remitte, cùm tibi remissum sit; miserere, qui misericordiam consecutus es.* Arist. Τίς ὑπομένει πρὸς φιλίαν, ὁ πλείστα ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, *Quis idoneus est ad amicitiam? qui plurimas injurias ferre potest.* Æschin. contra Ctesiph. Χαίρει ὁ δῆμος κολακευόμενος, *Populus gaudet, cùm quis ei adulatur.* Solon; Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι, *Imperium gere, sed ubi prius imperium ferre didiceris.* Dionys. Συγγνωσθῆναι οὐ μεταποιοῦντας ἐφ' οἷς ἥμαρτον, ἀδύνατον, *Non potest fieri, ut veniam consequantur, quos peccatorum non pœnitet.*

De Paſsivis & Mediis Verbis.

REG. 1.

PAſſivorum proprius caſus eſt genitivus cum præpoſitione ὑπὸ vel παρὰ aut ſimili: ut, Διδάσκομαι ὑπό σε, *Doceor à te.* Iſocrat. ad Demon. Ὅταν ὁ νῦς ὑπὸ οἴνε διαφθαρῇ, τἀυτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι τοῖς τῶν ἡνιόχες ἀποβάλλεσι, *Cùm mens à vino corrumpitur, idem ei accidit quod curribus qui ſuos agitatores amiſerunt.* Democrit. apud Stob. Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη, *A muliere imperari* (h. e. *uxori imperanti parere*) *extremum dedecus viro eſt.* Τραϊανὸς διδάσκεται πρὸς Πλυτάρχε, *Trajanus docetur à Plutarcho.*

EXCEPT.

Nonnunquam genitivus in dativum mutatur, præpoſitione neglectâ: ut, Πεπίσθαί μοι τῦτο, pro ὑπό με, *Hoc à me factum eſt.* Διδάσκομαί σοι, pro ἀπό σε, *Doceor à te.* Διδάσκομαί σοι γραμματικήν, *Doceor à te Grammaticam.* Demoſth. Οὐκ ἔστι πικρῶς ἐξετάσαι τί πέπραχται τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ παρ' ἡμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ δέοντα, *Non fas eſt, quid ab aliis factum ſit, acerbè inquirere, niſi priùs ipſi noſtrum officium faciamus.* Idem; Τῶν ἑτέροις πεπραγμένων, ὕστατός τις ἐλθὼν τῷ δόξαν ἔχει, *Rerum ab aliis geſtarum poſtremùm quiſpiam interveniens gloriam intercipit.*

Cicero; *Quæ mihi probantur.* Ovid. 5. Triſt.

Barbarus hîc ego ſum, quia non intelligor ulli,

pro *ab ullo.* Idem, 2. Metam.

Figitur huic duplici Gryneus ſua lumina ramo.

Figitur huic, i. *figitur ab hoc.* deinde, *figitur lumina*, i. *in* vel *ſecundùm lumina.* Quia dicimus in Activo, *figere lumina*, ideo & in paſſivo dicitur, *figi lumina.* Eſt igitur duplex Græciſmus in uno verſu.

APPEND.

APPEND.

1. Verba quæ non habent terminationem paſſivam, & tamen per ſe paſſionem aliquam ſignificant, eandem cum paſſivis recipiunt conſtructionem, hoc eſt, admittunt genitivum mediante præpoſitione περὶ, ὑπὸ, παρὰ, ὑπ, &c. ut, Nazianzenus;

Οια περὶ ἄλλων μὴ παθεῖν ὅλως θέλεις,
Τοιαῦτα κ) σὺ μηδὲ δρᾶν ἄλλῳ θέλε.
Qualia ab altero omnino non vis pati,
Talia & tu alteri nè feceris.

Lycurgus cont. Leocrat. Παρ' ὧν τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν, κ) πλεῖστα ἀγαθὰ πεπόνθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅπως ἁμαρτεῖν, ἀλλ' ὅπως μὴ εὐεργετήσαντες τὸν αὐτῶν βίον καταλῦσαι, μέγιστον ἀσέβημά ἐστι, *A quibus initium vitæ accepimus, & magnis beneficiis affecti ſumus, ergo hos non ſolùm delinquere, ſed etiam defugere vitæ pericula pro ipſorum ſalute, ſumma impietas eſt.* Iſocrat. Πολλοὶ μισοῦσιν ἐκείνους ὑφ' ὧν οὐδὲν κακὸν πεπόνθασι, *Multi eos oderunt à quibus nullâ injuriâ affecti ſunt.* Demonax; Ἐλάττω κακὰ πάσχουσιν ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἢ ὑπὸ τῶν φίλων· τοὺς μὲν γὰρ ἐχθροὺς δεδότες φυλάττονται, τοῖς δὲ φίλοις ἀνεῳγμένοι εἰσὶ, κ) μόνοις σφαλεροῖς κ) ἐπιβουλεύουσι, *Pauciora mala contingunt hominibus ab inimicis quàm ab amicis: Inimicos enim cùm metuant, ab eis ſibi cavent: amicis verò aperti ſunt; unde periculis exponuntur, & inſidiis ipſorum facilè capiuntur.* Xenoph. Ἐκεῖνος τέθνηκεν ὑφ' ὑμῶν ἀνὴρ ἀγαθὸς ὤν, *Ille à vobis interfectus eſt, cùm vir bonus eſſet.* Lucian. Ἀπέθανον ὑπὸ γυναικὸς φαρμάκῳ, *Interfectus eſt ab uxore veneno.* Idem; Ἀπὸ ἀκράτου πονηρῶς ἔχω, *A mero malè habeo*, hoc eſt, *ebrius ſum.* Idem; Εἴ τι χαλεπὸν ὑπὸ τῶν κολάκων πέπονθας, ἀναίτιός εἰμι ἐγώ σοι, *Si quid mali ab adulatoribus paſſus, ego non ſum in cauſa.*

Cic. Academ. 1. *Nihil enim valentius à quo intereat.* Plin. de M. Marcello; *Periit ab Hannibale.* Lucan.

Quis nollet ab iſto Enſe mori?

2. Inveniuntur & δοκέω, εὐδοκιμέω, μεταβάλλω, χρηματίζω, γάμω, ἔοικα, & ſimilia, voce activâ paſſivè uſurpata: ut, Menand. Νέῳ ὤν, ἐδόκουν μοι, ἐφρόνουν δ' οὐδέν, *Cùm juvenis eſſem, videbar quidem mihi ſapere, ſed nihil ſapiebam.* Demoſth. Leptin. Orat. Πολλῷ κρεῖττον εὐήθη δοκεῖν, ἢ πονηρὸν εἶναι, *Longè præſtat ſimplicem quàm improbum videri.* Iſocrat. Μηδὲν οἷόν τε πλεονεκτεῖν ἡγεῖσθαι δεῖ μᾶλλον τοῦ τὸν θεὸν εὐσεβεῖσθαι, τῶν παρὰ τοῖς ἀγαθοῖς εὐδοκιμεῖν, *Poſt pietatem Deo debitam nihil pluris faciendum eſſe, quàm à bonis laudari.*

Menand. Χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν, *Tempeſtas facilè mutatur in ſerenitatem.* Rom. 7. Ἄρα ἐν ζῶντος ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, *Proinde vivente marito, adultera vocabitur, ſi ſe junxerit alteri viro.* Plato; Ἡμεῖς διὰ παντὸς τοῦ βίου ἀεὶ γόμοις ἐλπίδων ματαίων, *Nos per omnem vitam ſemper referti ſumus vanis ſpebus.* Lucian. Ἀμαχόν τι ἔοικεν ἡ διὰ ὄψεως ἡδονή, *Inexpugnabile quiddam eſſe videtur voluptas, quæ ex aſſpectu oritur.*

3. Verba media & activorum & paſſivorum conſtructionem obtinent: ut, Βιάζομαι τὸν ἐχθρόν, *Lædo inimicum*; &, Βιάζομαι ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, *Lædor ab inimico* Ἐργάζομαι τὴν γῆν, *Colo terram*; &, Ἡ γῆ ἐργάζεται ὑπ' ἐμοῦ, *Terra colitur à me.*

De Infinitivis.

REG. 1.

INfinitivus conſtruitur cum alio verbo, & reſolvendus eſt per *ut* τελικῶς, ut, Exod. 23. Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν, *Sedit populus edere & bibere, & ſurrexit ludere*, id eſt, *ut ederet, biberet, & luderet.* Marc. 6. Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν, *Date illis vos quod edant,*

edant, vel, *ut edant*. Actor. 26. Καὶ ἐξάγοντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, *Et eductos rogabant ut egrederentur è civitate*. Plutarch. Παρορμᾶν τοὺς ἄρχοντας δεῖ, ὅπως μᾶν τοῖς ἁμαρτάνεσι, *Incitandi magistratus sunt ut increpent delinquentes*. Virg.

Dederátque comas diffundere ventis.

pro, *ut diffunderentur*, vel, *ut se diffunderent*. Item;

——*Ille suo moriens dat habere nepoti*. Item, Æneid. 5.

——*Argenti magnum dat ferre talentum.*

Eodem modo etiam in passivo infinitivus usurpatur: ut, Æsopus; Ἡ ἀηδὼν ἐδέετο τοῦ ἱέρακος μὴ βρωθῆναι, *Luscinia rogabat accipitrem, nè ab eo devoraretur*.

Vel per *quòd*, εἰδικῶς, ut, Λέγω Σωκράτην γεγενέναι σοφόν, *Dico Socratem fuisse sapientem*, vel, *Dico quòd Socrates fuerit sapiens*.

REG. 2.

Infinitivus sæpe ponitur loco conjunctivi, præcedente particulâ ὥστε aut ὡς pro *ut* positâ: ut, Παρακαλῶ σε, ὥστε τυχεῖν τιμῆς καὶ δόξης, *Hortor te, ut consequaris honorem & gloriam*. Isocrat. Οὕτω ζῆν παρασκεύου, ὡς μήτε ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων καταφρονεῖσθαι, μήτε τοῖς κατεδεεστέροις φοβερὸς εἶναι, *Ità vivere institue, ut neque à potentioribus contemnaris, neque inferioribus metuendus sis*.

Aliquando infinitivum hunc præcedit accusativus, qui nominativi vim habet: ut, Isocrat. Archidam. Πολλάκις γέγονεν ὥστε τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι, *Sæpe accidit, ut qui potentiores essent, ab imbecillioribus vincerentur*. Horat. 1. Carm. Oda 11.

——*nec Babylonios*
Tentaris numeros, ut melius quicquid erit pati. id est, *ut melius patiaris*, vel *pati possis, quicquid erit*.

REG. 3.

Infinitivus sæpe duplicatur: ut, Demosth. de Rhodio Li-

bert. Ἐγὼ δὲ πώποτε ἡγησάμην χαλεπὸν διδάξαι τὰ βέλτιστα τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ τὸ πράττειν τοῦτο ταῦτα, *Ego nunquam putavi difficile, docere homines quæ optima facta sint: persuadere verò ut ea exsequantur, id difficile est.* Idem, 3. Olynth. Ψήφισμα οὐδενὸς ὄντιν ἄξιον, ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τάχα δόξαντα προθύμως ἡμᾶς, *Decretum nullius est momenti, nisi & hoc accesserit, ut ea quæ decernuntur alacriter facere studeamus.*

Terent. in Andr. *Quod jussi ei dare bibere.*

REG. 4.

Quando infinitivus & verbum vel participium præcedens pertinent ad eandem personam, non additur accusativus Personæ, sed subintelligitur: ut, Plutarch. Apophth. Θεμιστοκλῆς ἔφη ἄνδρα ζητεῖν χρημάτων δεόμενον μᾶλλον, ἢ χρήματα ἀνδρός, *Themistocles dixit se malle virum qui pecuniâ egeat, quàm pecuniam quæ viro.* Hîc non additur ἑαυτόν. Chrysost. Εὐεργετῶν, τὸν Θεὸν νόμιζε μιμεῖσθαι, *Cùm benefacis, Deum te imitari puta.* Hîc non additur σεαυτόν. Isocrat. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· κἂν γὰρ ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις, *Nunquam flagitiosè aliquid committens, speres te celatum iri: nam tametsi alios fugiat, tibi tamen tu conscius eris.*

REG. 5.

Cùm manetur in eadem persona, accusativus non proprius casus est infinitivorum, præcedens infinitivos, sed potiùs nominativus: ut, Λέγω εἶναι φίλος, *Dico me esse amicum.* Plutarch. in Pædag. Ὁ Περικλῆς καλούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, οὐκ ὑπήκουσε, λέγων ἀσύντακτος εἶναι, *Pericles, cùm à populo* (ad habendam orationem) *sæpe vocaretur, non paruit, se commentatum esse negans.* Idem, Apophth. Περικλῆς ἔφασκε μέχρι

μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλον εἶναι, *Pericles dicebat, se usque ad aram amicum esse.* Ibidem; Δαρεῖος ἔλεγεν, ἐν ταῖς μάχαις καὶ τοῦτο τὰ δεινὰ γίνεσθαι φρονιμώτερος, *Darius dicebat, se in præliis & periculis fieri prudentiorem.* Ovid. 3. Metamorph.

——*Rettulit Ajax,*
Esse Jovis pronepos. Idem, 2. Trist.
Acceptum refero versibus esse nocens.

Cùm autem non manetur in eadem persona, utendum est accusativo, more Latino: ut, Lucian. Φημὶ τέτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν, *Affirmo hos maximè laude dignos esse, qui ab humillimo principio ad splendorem nominis pervenerunt.*

REG. 6.

Casus sequens infinitivos εἶναι & γίνεσθαι, convenit plerunque cum nomine præcedente: ut, Aristot. Polit. 1. Τὸ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες, *Singuli ad id quod utile videtur, omnes suas actiones referunt.* Idem, Ethic. 3. Ἐφ' ἡμῖν ὅτι τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι, *In nostra potestate est, probine an improbi simus.* Plato, Phædro; Εἰ μὲν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔση ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προσλαβὼν ἐπιστήμην καὶ μελέτην, *Si tibi naturâ inest ut rhetor sis, eris rhetor insignis, si modò addideris studium & exercitationem.* Isocrat. in Areop. Πρέπειν ἡμῖν βελτίστοις ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι, *Decet nos, ut omnium hominum optimi simus.* Arist. Eth. 3. Τῷ ἀδίκῳ καὶ ἀκολάστῳ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξὸν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, γεγονόσιν δ' οὐκ ἔξεστι μὴ εἶναι, *Injusto ac libidinoso initiò ab his vitiis declinare licuit: at postquam ejusmodi exstiterunt, jam non licet.* Xenoph. Memorab. 4. Πολλὰ γράμματα συνῆξαι τῶν λεγομένων σοφῶν ἀνδρῶν γεγονέναι, *Multa scripta collegisti illorum qui sapientes viri fuisse dicuntur.*

Talia sunt; Lucan. lib. 9.

——*Tutúmque putavit*

Jam

Jam bonus esse socer:
pro *esse bonum socerum.* Claudianus;

—*Natura beatis*
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

Cicero, 2. Offic. *Danda opera est, ut his beneficiis quàm plurimos afficiamus, quorum liberis posterisque prodatur memoria, ut his ingratis esse non liceat.*

Quòd si accusativus sequitur infinitivum, sciendum est, eum regi ab infinitivo à tergo, & non à casu præcedente: ut, Lucian. Σοὶ εὐξαμένῳ ἔδωκα νέον εἶναι, *Tibi precanti dedit esse juvenem*, hoc est, *ut juvenili ætati restituereris.*

REG. 7.

Infinitivis sæpe adjicitur verbum μέλλω, in omnibus temporibus; sed per futurum plerunque explicatur, sive adjunctum præsenti sit, sive futuro: ut, Μέλλω ποιεῖν, vel ποιήσειν, *Faciam*, vel *facturus sum.* Bias; Ὁ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε. ἀποτυχὼν γὰρ, καταγελασθήσῃ, *Quid facturus sis, nè dixeris. si enim non succedit, irrideberis.* Isocrat. ad Demon. Ὅταν ὑπὲρ τῶν σαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρότερον πῶς ἔχει τῶν αὐτοῦ διήκησε, *Cùm de tuis rebus petiturus es alicujus consilium, inquire priùs quomodo suas administrare soleat.* Demosth. Τὸ μέλλον ἀεὶ σωίσειν, ὃ καθορῶμεν, *Quid profuturum sit, non semper prospicimus.*

Jungitur etiam μέλλω infinitivis passivis: ut, Æsopus; Ἀηδὼν ἁναιρεῖσθαι μέλλουσα, ἐδεῖτο τοῦ ἱέρακος μὴ βρωθῆναι, *Cùm philomela occidenda esset, orabat accipitrem nè devoraretur.* Laert. in Archyta; Οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος ἐπιστολῆς ἀφ' Διονυσίῳ μέλλοντα ἀναιρεθῆναι, *Hic est ille qui Platonem per epistolam à morte, quam Dionysius ei parabat, liberavit.*

REG. 8.

Infinitivis his, Εἰπεῖν, λέγειν, διδάσκειν, ἐγκωμιάζειν, ἀνίστη-

ἀνίστειν, ἀντιλέγειν, ἐνεγκεῖν, παρασκεύασθαι, χρῆσθαι, σῶσαι, δηλῶσαι, ὑποδῦναι, ὑπολαμβάνειν, ἐξελέγχειν, ἐγκαλεῖν, δυνηθῆναι, ἐπαινεῖν, πρεσβεῦσαι, ἀντιπρᾶξαι, ὑπερβάλλειν, & similibus, loco δύναμαι, sæpe verbum ἔχω additum esse invenies: ut, Demosth. de falsa leg. Τῷ μηδὲν ἔχοντι λόγον ἄλλο εἰπεῖν, ἀνάγκη πάντα μηχανᾶσθαι, *Qui non potest justam excusationem proferre, ei quidvis comminisci necesse est.* Idem; Πολλοὶ τούτοις ἐγκαλοῦσιν, ὧν οὐκ ἔχουσι λέγειν βελτίω, *Multi ea accusant quibus non possunt dicere meliora.* Οἱ μὲν εὖ καὶ ἀκριβῶς μαθόντες ὀρθῶς ἔχουσιν ἄλλους διδάσκειν, *Qui bene & accuratè didicerunt, rectè possunt alios docere.* Μέχρι τοῦ τυχεῖν ὧν δεόμεθα ῥᾴδιον ἔχομεν τοὺς εὖ ποιοῦντας ἡμᾶς ἐγκωμιάζειν, *Tantisper dum consequamur illa quæ petimus, facilè possumus benefactores nostros laudare.* Cic. De natura Deorum; *De diù, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere.* pro *possum dicere.*

APPEND.

Hic observandæ sunt peculiares quædam phrases infinitivi:

Συνελόντι δὲ εἰπεῖν,
Συνελόντι δὲ φάναι,
Ἐνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν,
Καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, } *Ut semel vel breviter dicam,*
Ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, } *Ut uno verbo absolvam.*
Ὡς τύπῳ εἰπεῖν,
Ὡς τύπῳ λαβεῖν,
Ὡς δὲ συντόμως εἰπεῖν,

Dicunt etiam, Συνελόντι δὲ, vel, Ἐνὶ δὲ λόγῳ, sine infinitivo. item; Συνελὼν ὅσον ἐνδέχεται, *Comprehendens quàm brevissimè fieri potest.* Ὡς ἔπος εἰπεῖν, vel Ὡς εἰπεῖν, vel Εἰπεῖν λόγῳ, *Ut ità dicam.* Ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, *Ut mihi videtur.* Ὡς εἰκάσαι, *Ut licet conjicere.*

De

De Infinitivis pro Nominibus usurpatis.

REG.

INfinitivi cum articulis ponuntur pro nomine, in omni casu.

¶ 1. Exempla de Nominativo:

Plutarch. in Pædag. Πηγὴ καὶ ῥίζα καλοκἀγαθίας, τὸ νομίμως τυχεῖν παιδείας, *Fons & radix est omnis honestatis, legitimam consequi institutionem.* Ibidem; Τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ὄζει, *Vulgo placere, sapientibus displicere est.* Demosth. 1. Olynth. Κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν, ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν, *Ità ferè fit, ut nimia felicitas homines aliquando reddat intolerabiles.*

Articulus τὸ aliquando negligitur: ut, Arist. Eth. 4. Ἄνευ ἀρετῆς ὑ ῥᾴδιον φέρειν εὐμελῶς τὰ δυστυχήματα, *Sine virtute non facile est res secundas rectè ferre.*

APPEND.

Sæpè hic infinitivus resolvendus est per *quòd* & verbum indicativum vel conjunctivum; maximè, si sequitur accusativus, ubi sciendum est, hunc accusativum nominativi vim habere: ut, Demosth. in Midian; Τίς γὰρ ἴσθ', τὸ μὴ πολλὰ κακὰ γίγνεσθαι, τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ἄπορον ὄν; *Quis ignorat impunitatem in causa esse quòd multa mala fiant?* pro ὅτι μὴ κολάζονται οἱ ἁμαρτάνοντες. Chrysost. Τὸ εἰδέναι τινὰ ὅτ' ἀγνοεῖ, σοφίας ὄζειν, ὡς καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι ἠδίκησε, δικαιοσύνη; *Quòd quis sciit se imperitum esse, id sapientiæ est; sicut & justitiæ est, cùm quis agnoscit se injustè egisse.*

Sic & in præterito: ut, Demosth. Τὸ μὴ πολλὰ ἀπολωλεκέναι, τῆς ὑμετέρας ἀμελείας ἂν τις θείη δικαίως, *Quòd multa nobis perierunt, id nostræ negligentiæ meritò imputari potest.*

Resolvitur

Reſolvitur etiam per *nè* cum verbo conjunctivo, ſi particulam *μὴ* ſibi adjunctam habet: ut, Demoſth. Τὸ πολυπραγμονεῖν ὑμᾶς μηδὲν, τοῦτ' ἀγαθὸν ὑπολαμβάνω εἶναι, *Id è re noſtra eſſe puto, nè quid temerè & curiosè agamus.*

¶ 2. Exempla de Nominativo & Genitivo:

Gregor. Nyſſ. Τὸ καλῶς ἔχειν ὀλίγα, πολὺ τιμιώτερον τοῦ κακῶς ἔχειν πολλά, *Honeſtè pauca habere, multò honorificentius eſt quàm inhoneſtè multa poſſidere.* Demoſth. Τὸ φυλάξαι τὰ ἀγαθὰ, τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον, *Bona conſervare difficilius eſt quàm acquirere.* Plato, in Gorg. Βέλτιόν ἐστι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν, *Accipere quàm facere præſtat injuriam.* Proverb. Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν, *ex aſſpectu naſcitur amor.* Ptolemæus, apud Plutarch. Τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν ἐστὶ βασιλικώτερον, *Magis regium eſt alios ditare quàm divitias poſſidere.* Ibidem; Τὸ προσθεῖναι τοῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστι, *Magis regium eſt addere aliquid quàm adimere.* Plutarch. in Pædag. Τὸ λίαν φιλεῖν τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιόν ἐστι, *Nimius amor odii cauſa eſſe ſolet.*

¶ 3. Exempla de Dativo: ut,

Socrat. Τὸ φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν, *Intempeſtivè amare, ſimile eſt odio.* Chryſoſt. Μὴ τῷ κακῶς ἀκούειν ἀλγῶμεν, ἀλλὰ τῷ δικαίως ἀκούειν κακῶς, *Nè doleamus quòd malè audiamus, ſed quòd juſtè malè audiamus.* Iſocrat. ad Demon. Ἐν τῷ ῥᾳθυμεῖν, καὶ ταῖς πλησμοναῖς ἀγαπᾷν, ἁδὺς αἱ λύπαι ταῖς ἡδοναῖς παρεμπίπτουσι, *In otii & libidinum ingurgitationumq; amore continuo, ſtatim dolores voluptatibus commiſcentur.*

Omittitur aliquando τὸ, ut, Iſocrat. ad Nicocl. Αἱρεῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς, *Elige potiùs honeſtam mortem quàm turpem vitam.* pro, Αἱρεῦ καλὸν θάνατον μᾶλλον ἢ ζωὴν αἰσχράν.

¶ 4. Exempla de Accuſativo: Eurip.

Ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
Αὐτοὶ δ' ὅταν πιῶμεν, οὐ γινώσκομεν.
Omnes in monendo ſapientes ſumus;

Cùm

Cùm autem ipſi aliquid facimus, non intelligimus. hoc eſt, *Alios monere, ſi quid errent, novimus: Errata ipſi noſtra non cognoſcimus.*

Johann. 7. Καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαείσατο τὸ βλέπειν, *Et multis cæcis reddidit viſum.*

Huc Græciſmus ille pertinet qui nonnullis formulis juramenti inſertus eſt; *Pro poſſe & noſſe*, vel *Secundùm poſſe & noſſe*, Κατὰ τὸ δύνασθαι καὶ εἰδέναι, id eſt, *Quantum & fieri poteſt & ego intelligere poſſum.*

APPEND.

1. Hic infinitivus ſæpe Latinè in conjunctivum mutandus eſt, πλικῶς, hoc eſt, ut finis rei, ſeu cauſa finalis, oſtendatur: ut, Phil. 2. Ὁ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, *Deus eſt qui efficit in vobis ut & velitis & perficiatis.* Iſocrat. Nic. Οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι, τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς, *Omnibus iniquiſſimum videri arbitror, ut eadem bonis & malis tribuantur.*

2. Articulus neutri generis etiam totam infinitivam orationem in nomen transformat: ut,

Phil. 2. Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, *Qui cùm eſſet in forma Dei, non rapuit æqualitatem Dei.* hic τὸ εἶναι ἴσα pro nomine ἰσότητα ponitur.

De Gerundiis & Supinis.

INfinitivi pro Gerundiis & Supinis, quibus Græci in ſua lingua carent, uſurpantur.

De

De Gerundiis.

INfinitivus cum adjectivo ponitur loco Gerundii in *di* vel in *dum*: ut, Phocyl.

Οὐ χωρεῖ διδαχὴν μεγάλην ἀδίδακτος ἀκούειν.

Non percipit magnam doctrinam, qui auſcultandi imperitus eſt.

Thucyd. de Pericle; Πρῶτος Ἀθηναίων λέγειν τε καὶ πρᾶξαι δυνατώτατος, *Primarius vir Athenienſium, dicendi & agendi facultate præditus.* Lyſias, de Themiſtocle; Στρατηγὸς ἱκανώτατος εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι, *Dux ad agendum, intelligendum, & ad gerendas res maximè idoneus.* Plutarch. in Pædag. Τὸ ψεύδεσθαι δουλοπρεπὲς καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, *Mentiri, ſervile eſt, & dignum quod ab omnibus odio habeatur.* Δεινὸς γράφειν, *Peritus ſcribendi:* Δεινὸς λέγειν, *Qui arte dicendi valeat,* Plato, in Protag. Demoſth. Conc. exord. Ἀμείνους ἐσμὲν τὰ τῶν ἄλλων δεινὰ ἐπανορθοῦν, ἢ τῶν ἡμῖν αὐτοῖς συμβαινόντων φρονίζειν, *Major noſtra dexteritas eſt in aliorum malis corrigendis quàm in iis quæ nobis ipſis eveniunt providendis.* Sic Virg. Eclog. 10.

Soli cantare periti. pro *cantandi.* Æneid. 10.

Neſcia mens hominum fati ſortísque futuræ,
Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.

pro *ſervandi.* Horat. 1. Carm.

——*Audax omnia perpeti*
Gens humana ruit.——

Virg. Eclog. 5.

Cur non, Mopſe, boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare leves, ego dicere verſus.

Eodem modo & adjectiva participialia cum infinitivis conſtruuntur: ut, Hom. ἐπιστάμενος πολεμίζειν, *belli peritus.* Sic & Iſocr. Κακῶς ἐπιστάμενος ἱππεύειν, *minùs equitandi peritus.* Ovid. in Nuce;

At

At rubus & ſentes tantummodo lædere natæ.
Virg. Eclog. 7. ——*Ambo*
Et cantare pares, & reſpondere parati. Horat.
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

REG. 2.

Infinitivis cum articulo genitivi caſûs utuntur Græci eo loco quo Latini aut gerundiis in *di*, vel ſimpliciter, vel addentes *cauſâ* aut *gratiâ*, vel verbo conjunctivo, præcedente *ut* vel *né*: ut, Iſocrat. ad Demon. Δύο πτῶ χαιρὸς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν ὅιδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἐιπεῖν, *Duæ ſunt tantùm loquendi opportunitates; aut de iis quæ bene noſti, aut de quibus eſt neceſſe dicere.* Idem, in Nic. Τὸ λέγειν ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον τιθέμεθα, *Dicere ut oportet, maximum ſapiendi indicium eſt.* Lucæ 24. Καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, *Et ingreſſus eſt manendi cauſâ*, ſeu *ut maneret, cum ipſis.* Lucæ 4. Κατεῖχον αὐτὸν, τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν, *Et detinebant eum, non diſcedendi cauſâ ab illis*, ſeu, *né diſcederet ab eis.*

Nonnunquam particula ἕνεκα additur: ut, Lucian. Οὐδὲν ἄπιστον πρακτέον τοῦ νικᾶν ἕνεκα, *Nihil perfidè agendum eſt vincendi cauſâ.*

Aliquando articulus τοῦ diſſimulatur, & nomen ſubſtantivum ſoli infinitivo jungitur: ut, Demoſth. Philip. 4. Ἔστι πολλάκις ἀκηκοέναι καὶ βεβουλεῦσθαι καιρὸς ὅθ' ἡμῖς ἐκ ἐθέλομεν, *Audiendi & deliberandi ſæpe eſt occaſio, cùm nos non volumus.*

Tale eſt, *Nunc eſt tempus dicere quid ſentiat.* pro *dicendi*. Lucian. Ὥρα ὑμῖν ἀπιέναι, *Tempus eſt vobis abeundi.* Terent. Andr.

Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
Ut animum ad aliquod ſtudium applicent;
Aut equos alere, aut canes ad venandum.

pro, *ad ſtudium alendi equos aut canes.*

REG. 3.

Infinitivus cum articulo dativi caſûs mediante præpoſitione

sitione ἐν ponitur loco gerundii in *do*: ut, Arist. 1. Rhetor. Τὸ πλεῖν ὄτιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι, *Divitem esse, in utendo magis quàm in possidendo consistit.* Sophoc. Ajace; Ἐν τῷ μὴ φρονεῖν ἥδιστος βίος, *In non intelligendo jucundissima vita est.* Idem, Oedipo Colon. Ἐν τῷ μαθεῖν ἔνεστιν ἡ εὐλάβεια τῶν πικρῶν, *In discendo inest scientia rerum agendarum.*

Nonnunquam articulus genitivi casûs cum præpositione ἐκ, περὶ & simili, idem efficit: ut, Demosth. Philipp. 2. Ἐκ τοῦ μηδὲν ἥδη πεῖσαι λύσαντι πάντα ταῦθ' ὑπομείναντες, *Ex nihil agendo imprudentes in ista omnia incidimus.* Idem, Olynth. 3. Περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι τοὺς κακὰς βουλεύεσθαι δεῖ, *De puniendo malos deliberandum est.*

Habent & participia aliquando vim & significationem gerundiorum in *do*; De quibus infrà in Syntaxi Participiorum.

APPEND.

Infinitivus cum articulo dativi casûs τῷ, præcedente præpositione ἐν, & sequente accusativo nominis vel pronominis, constituit periphrasin genitivorum Consequentiam significantium: ut, Luc. 5. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, *Factum est autem in turbam imminendo ipsi*, hoc est, *turbâ imminente ei*, seu, *cùm turba immineret ei ut audiret verbum Dei*, pro τοῦ ὄχλου ἐπικειμένου αὐτῷ. Luc. 24. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτόν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, *Et factum est sedente eo*, vel, *cùm sederet ipse.* Ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανόν, pro, βασιλεύοντος Τραϊανοῦ, *Regnante Trajano*, vel, *Cùm regnaret Trajanus.*

Tale est illud Psal. 110. Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι λαοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ βασιλεῖς τοῦ δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, *In conveniendo populos in unum, & reges, ut serviant Domino.* Hic Latini Grammatici de constructione rixantur, cùm sit forma orationis contra Latinam consuetudinem ex Græco expressa, pro ἐπισυναχθέντων τῶν λαῶν. Est autem senten-

tia, *Convenientibus populis & regibus*, seu, *Cùm conveniunt populi simul & reges, ut serviant Domino.* Pingit hic versiculus Ecclesiæ concordiam: testatur etiam ad reges Evangelium pertinere, & hanc curam regum esse debere, ut populum ad pietatem invitent; denique propter hunc finem homines ad societatem esse conditos, ut conveniant, id est, tueantur ministerium vocis Divinæ, discant veram doctrinam, & vero consensu Deum invocent, & ornent gloriam Dei.

REG. 4.

Infinitivus nomini adjectivo junctus vim habet Gerundii in *dum*: ut, Plutarch. Alcibiade; Λαλεῖν ἄειστος, ἀδυνατώτατος δὲ λέγειν, *Ad garriendum est idoneus, ad dicendum verò minimè accommodatus.* Thucyd. lib. 1. Θεμιστοκλῆς κράτιστος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο, *Themistocles ad administrandum ex tempore res necessarias præstantissimus fuit.*

Usus est hujus regulæ etiam in infinitivis passivis: ut, Hom. Iliad. ά.

——Ἀργαλέος γὰρ ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι,

Difficilis est Jupiter ad repugnandum, id est, *Difficile est Jovi repugnare*, seu *se ei opponere.*

REG. 5.

Infinitivus etiam cum verbis vel participiis Motum ad locum significantibus ponitur pro gerundio in *dum* τελικῶς: ut, Luc. 19. Ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός, *Venit filius hominis ad quærendum & salvandum quod perierat.* Johann. 14. Πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, *Vado ad parandum vobis locum.* Dici etiam potest per participium futuri temporis, Πορεύομαι ἑτοιμάσων ὑμῖν τόπον. 1. Cor. 1. Οὐκ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, *Non misit me Christus ad baptizandum*, seu *ut baptizarem*, *sed ad evangelizandum*, vel *ut evangelizarem.*

APPEND.

1. Aliquando præpositio σὺν, εἰς, ἐπὶ, διὰ, vel similis,

milis, cum articulo τὸ, infinitivo additur: ut, Ἔξειμι πρὸς τὸ μάχεσθαι, *Exeo ad pugnandum*, vel, *Exeo pugnatum*.

Πρὸς / Εἰς } τὸ δοῦναι λόγον ἀνὴρ ἀεὶ ἕτοιμος ἔχει, *Ad reddendam rationem bonus vir ſemper paratus eſt.* Iſocrat. in Archid. Ἐπὶ τὸ ἀναγκῆ πείθεσθαι, αὕτη ἡ ὁδός ἐστι, τὸ τὸν μὲν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾶν, τὸν δ' ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν καὶ κολάζειν, *Ad obtemperandum neceſſariò, hæc via eſt; dicto audientem laudare & honorare, contumacem verò infamiâ & pœnâ afficere.*

2. Efficit & idem adverbium μεταξὺ cum participio: ut, Demoſth. de falſa legat. Πολλοὶ τοῦτο μόνον λογίζονται, ὅπως μεταξὺ λέγοντες εὐδοκιμήσουσι, *Multi hoc ſolum ſpectant, ut inter dicendum laudentur.* Lucian. Κλεῖτον Ἀλέξανδρος μεταξὺ δειπνοῦντα ἐφόνευσε, *Clitum Alexander inter cœnandum interfecit.*

Efferunt idem etiam per nomen genitivi caſûs: ut, μεταξὺ λόγων, *inter confabulandum.* μεταξὺ δείπνου, *inter cœnandum.*

3. Exprimitur etiam gerundium in *dum* per alterius verbi adjectionem: ut, Iliad. 3. Ἡδὲ καὶ αὐτὸν Πριάμοιο πεσεῖν, *Et ipſum da pronum cadere*, id eſt, *pronum da occidendum.* Virg. 12. Æneid.

——*Da ſternere corpus,*
Loricámque manu valida lacerare revulſam,

id eſt, *Da corpus ſternendum, & loricam lacerandam*, vel, *ut ſternatur & laceretur.*

Gerundiorum vim habent etiam verbalia in ἑον, de quibus infrà ſuo loco.

De Supinis.

1. INfinitivus cum verbis vel participiis Motum ad locum ſignificantibus, vim habet prioris ſupini: ut, Matth. 11. Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; *Quid exiiſtis viſum in ſolitudinem?*

solitudinem? Matth. 10. Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, *Non veni missum*, vel *ad mittendum*, vel *ut mitterem, pacem, sed gladium.* Lucian. Ἀπειμι ἐκείνοις αὐτὰ ταῦτα εὐαγγελιούμενος, *Abeo allatum illis hunc latum nuncium.*

Hæc constructio etiam in verbis passivis usitata est: ut, Matth. 20. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι ἀλλὰ διακονῆσαι, *Filius hominis non venit ministrari*, hoc est, *ut sibi ministraretur, sed ad ministrandum*, id est, *ut ministraret.* Potest etiam hæc loquendi forma ad 5. regulam de Gerundiis referri.

2. Ubi Latini utuntur adjectivo & posteriori supino in *tu*, ibi Græci utuntur infinitivo cum adjectivo: ut, Isocrat. Α ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν ἶναι καλόν, *Quæ turpia factu sunt, ea nè dictu quidem honesta existimes.* Diogen. Τοῖς νοσοῦσι τὰ ὄμματα, τὸ μὲν φῶς ἀνιαρὸν ὁρᾶν, τὸ δὲ σκότος ἄλυπον καὶ φίλον, *Illis qui ex oculis laborant, lux aspectu molesta est, tenebræ verò charæ & minimè molestæ sunt.*

De Impersonalibus.

REG. 1.

Ἔστι Personam genitivo designat, & sequitur infinitivus: ut, Naz. Ἔστιν ἀνδρὸς μεγαλόφρονος, φίλων ἀποδέχεσθαι μᾶλλον ἐλευθερίαν, ἢ ἐχθρῶν κολακείαν, *Est viri magnanimi, amicorum potiùs libertatem approbare quàm inimicorum adulationem.* Demosth. Conc. Exord. Σπουδαίων ὄντων ἀνθρώπων, ὅταν βελτίστη τύχη χρῶνται, τότε πλείστου ποιεῖσθαι τὸ σωφρονεῖν ἔχειν, *Ingenuorum hominum officium est, cùm fortunâ utuntur secundissimâ, tum maximè modestiæ studere.*

APPEND.

1. Verbum ἔστι aliquando dissimulatur: ut, Sextus; Πενίαν φέρειν, ὦ παῖδες, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ,

Paupertatem

Paupertatem rectè ferre, non cujusvis est, sed viri sapientis. Aristot. Eth. Τῆς ἀρετῆς μᾶλλον τὸ ἐυ ποιεῖν, ἢ τὸ ἐυ πάσχειν, *Virtutis est potiùs beneficia conferre quàm accipere.*

2. Additur & verbo ὄζι pronomen possessivum in genere neutro: ut,

Plutarch. Antonio; Οὐκ ἐμὸν ἐπορκεῖν ὄζι, *Non meum est pejerare.* Dicitur etiam dissimulato verbo ὄζι, Οὐκ ἐμὸν ὀπορκεῖν. Isocrat. Σὸν ὄζι τὰ δέοντα ποιεῖν, *Tuum est illa quæ decent, facere; tuo officio fungi.* Plutarch. Apophth. Βιάζεσθαι ἐλευθέραν ὄσαν, οὐχ ἡμέτερον, *Vim inferre fœminæ liberæ, non est nostrum.*

3. Invenies etiam pronomini nomen ἔργον adjici: ut, Isocrat. de Pace; Ἐμὸν ἔργον ὄζι, τῶν λόγων προαιρεῖσθαι, μὴ τοὺ ἡδίστους ἀλλὰ τοὺ ὠφελιμωτάτους, *Mei officii est, eligere rationes, non quæ animos demulceant, sed quæ auditoribus maximè prosint.*

4. Est & ubi genitivo Personæ præpositio πρὸς additur: ut, Aristoph. Ranis; Πρὸς ἀνδρὸς ὄζι νοῦν ἔχοντος μεταχυλινδεῖν αὐτὸν ἀεὶ πρὸς τὸν εὐπρέπουτα τοῖχον, *Viri prudentis est semper se inflectere ad latus felicius.*

5. Solet & hîc ἐστὶ aliquando dissimulari: ut; Οὐ πρὸς φιλοσόφε ψεύδεσθαι, *Non est Philosophi mentiri.* Nazianz. Οὐ πρὸς δικαίε ἀνδρὸς σιωπῇ τὰς ἁμαρτίας ὀπικαλύπτειν, *Viri boni non est iniquitates silentio tegere.*

R E G. 2.

Ἔστι pro *licet*, vel *fas est*, vel *potest*, vel *fieri potest*, accipitur, & tunc infinitivum adsciscit: sæpe etiam infinitivo accusativus participii additur qui verbi & articuli subjunctivi vim habet: ut, Chrysost. Ἔστι καὶ πλέτῳ εἰς δέον χρήσασθαι, ὅταν εἰς τὺς δεομένους ἀναλώσῃ, *Divitiis etiam rectè uti licet, si expendas indigentibus.* Menand.

Κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ,
Accusare & judicare simul, fas non est.

Nazianz. Ἄυξεις μᾶλλόν ὄζι πιστεύειν οὐχ ἱσαμένοις, καὶ νηὸς πυντοπερήσης ἴχνεσιν, καὶ νυκτὸς ἀπατηλοῖς ὀνείρασιν, ἢ ἀνθρώπων ἐυημερίαις, *Credere potiùs licet* (id est,

credendum potiùs) inſtabilibus ventis, & navis mare-ſulcantis veſtigiis & noctis fraudulentis ſomniis, quàm hominum proſperitati. Eurip.

Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν θνητοῖς,

Non poteſt in quoquam reperiri vita dolore vacua. Menand. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, Τοῦτ' οὐ πείσομαι.

Nemo dum vivit, dicere poteſt, Hoc vel illud non patiar. Ariſtot. 3. Polit. Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχειν μὴ ἀρχθέντα, *Nemo imperium bene gerere poteſt qui non ipſe priùs ſub imperio fuerit.* Auſonius; Οὐκ ἔστι τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν καλῶς βιῶσαι, μὴ προσδέξαμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι, *Non poteſt præſentem diem rectè vivere is qui ſe non eam quaſi ultimam victurum eſſe cogitat.* Chryſoſt. Οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς ἐπιμελούμενον μὴ πολλοὺς ἔχειν ἐχθρούς, *Fieri non poteſt, quin qui virtutis ſtudioſus eſt multos habeat hoſtes.* Οὐκ ἔστι τῶν χρημάτων ὄντα δοῦλον, δοῦλον εἶναι Χριστῷ γνήσιον, *Fieri non poteſt ut aliquis ſit pecuniæ mancipium, & Chriſto fideliter ſerviat.* Virg. 6. Æneid.

Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat. pro *cernere licebat.* Plin. *Nocturnorum animalium, veluti felium, in tenebris fulgent radiántque oculi, ut contueri non ſit.* Ibid. *De noſtris moribus bene ſperare eſt, ſi tanta apud majores fuere aviaria.*

A P P E N D.

1. Loco ὃς nonnunquam ἕνι, vel δυνατὸν, aut οἷόν τε uſurpatur: ut, Chryſoſt. Τῶν μὲν χρημάτων πάλιν ἔνι λαβεῖν· λόγον δὲ ἐκπεσόντα ἅπαξ ἀναλαβέσθαι πάλιν οὐκ ἔνι, *Pecuniæ quidem jacturam reſarcire licet, ſermo autem ſemel elapſus revocari non poteſt.* Demoſth. 2. Olynth. Οὐκ ἔνι αὐτὸν ἀργὸν ὄντα, οὐ δὴ φίλους ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιεῖν, μὰ τὸν Θεὸν, *Non fas eſt, ut qui ipſe ignavus eſt amicos aliquid ſuâ cauſâ jubeat facere, nedum Deum.* Baſil. Οὐ δυνατὸν σωθῆναι, μὴ ποιοῦντα τὰ κατ' ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἔργα, *Non poteſt fieri ut ſalvetur qui non facit opera ſecundùm præceptum Dei.* Iſocrat. Οὐχ οἷόν τε τὸν καλῶς πεφορμῆσθαι, οὐ τῆς ἀρετῆς μετέχειν, *Non poteſt fieri ut qui rectè educa-*

tur

tur virtutem non consequantur. Idem; Τὺς λόγυς ὐυχ οἷόν τε καλῶς ἔχειν, ἢν μὴ τῶν χαιρῶν καὶ τυ πρέποντ@ μεταχῶσι, Fieri non potest ut orationes sint præclaræ, nisi temporis & decori diligens ratio habeatur.

2. Ἔστι mediante adverbio ὅτε, pro *fit*, *contingit*, vel simpliciter pro *interdum*, cum indicativo construitur: ut, Arist. Eth. 4. Ἔστιν ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοδμὲν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον, Fit interdum ut ambitiosum, tanquam virilem & honesti studiosum, laudemus.

3. Verbum ὅτι sequitur etiam conjunctio ὅπως cum verbo: ut, Demosth. Υ̓υκ ἔστιν ὅπως οἱ πολυπράγμονες καὶ φιλάργυροι ἀγαπήσαντες τοῖς παροῦσιν, ἡσυχίαν ἄσουσι, Fieri non potest ut homines curiosi & avari præsentibus bonis contenti sint & quiescant. Idem; Υ̓υκ ἔσθ' ὅπως ὀλίγοι πολλοῖς εὖνοι γένοιντ' ἄν, Non potest fieri ut pauci multis bene velint.

REG. 3.

Ἔξεστι, *licet*, datívum cum infinitivo adsciscit: ut, Isocrat. Τοῖς βασιλεῦσιν ἥττον ἔξεστιν ἀδικεῖν ἢ τοῖς ἰδιώταις, *Regibus minùs licet injustè agere quàm privatis hominibus.* Demosth. in Midiana orat. Δημοσίᾳ συμφέρει μηδενὶ μηδὲν ἐξεῖναι ἀδικεῖν, *Publicè prodest, nè cuiquam liceat alteri injuriam facere.*

Nonnunquam sine casu ponitur: ut, Isocrat. Πολλὰ ἃ πρότερον μὴν ἐῆν ποιεῖν, ἤδη ὐυκ ἔξεστι, *Multa quæ olim facere licebat, nunc non licet.*

Ἐξὸν, *licet*, *licebat*, item *cùm liceat*, & *cùm liceret*, eandem constructionem habet: ut, Demosth. in Mid. orat. Πολλὰ μὲν χρήματα ἐξὸν μοι λαβεῖν, ὐυκ ἔλαβον, *Cùm mihi liceret magnam pecuniam accipere, tamen non accepi.* Plutarch. Apophth. Ἐξὸν φεύγειν, μὴ ζήτει δίκλω, *Cùm potes fugere, nè committas te judicio.*

Pro ἔξεστι & ἐξὸν aliquando ἔστι & ἐνὸν usurpatur.

REG. 4.

Μέλει, *communio est*, *contingit*, *inest*, plerunque dativum

Perſonæ cum genitivo Rei adſciſcit: Aliquando nominativus accedit: ut, Demoſth. de falſa legat. Τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν οὐ μέτεσι τοῖς τετελευτηκόσιν, οἱ δ' ἐπὶ τοῖς καλῶς πεπραχθεῖσιν ἔπαινοι τῶν ἀνδρείως τετελευτηκότων ἴδιον κτῆμα εἰσίν, *Alia quidem bona nihil pertinent ad defunctos; at rerum præclarè geſtarum laudes eorum qui fortiter oppetierunt propria ſunt poſſeſsio.* Idem, contr. Timocr. Τοῖς ἄκουσιν ἁμαρτοῦσι μέτεσι συγγνώμης, οὐ τοῖς ἐπιβεβουλευσασι, *Iis qui peccant inviti venia danda eſt, non iis qui de induſtria & ex inſidiis delinquunt.* Idem, Concion. Exord. Τῇ τύχῃ μέτεσι, τοῦ καλῶς ἢ μὴ ἀγωνίσασθαι, *In fortuna ſitum eſt, cur res vel bene vel malè gerantur.* Iſocrat. in Epiſt. Μὴ δεῖ ἀγαπᾶν λίαν τὰ τοιαῦτ' ἀγαθὰ ὧν καὶ τοῖς φαύλοις μέτεσι, *Talia bona non valde adamanda ſunt quæ etiam malis contingunt.* Idem, ad Nicocl. Τῆς ἀρετῆς οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεσι, *Pravis hominibus nulla pars virtutis contingit.*

APPEND.

Μέτεσι loco genitivi aliquando accuſativum adſciſcit: ut, Plato, Apol. Socr. Τῶν τοιούτων οὐδέν μοι μέτεσι, *Talium rerum nihil in me cadit.*

Μέτεσί μοι { πύτε, / πῦτο, } *Particeps hujus rei ſum; Communio mihi hujus rei eſt.*

REG. 5.

Verbum ἐνδέχεται, pro *Fieri poteſt*, *Eſt noſtræ facultatis*, *Uſu venit*, item, *Licet*, ſequitur caſus, ſive dativus ſive accuſativus, quem ſequens infinitivus requirit: ut, Ariſt. Eth. 1. Ἐνδέχεται τῷ μακαρίως βεβιωκότι μέχει γήρως, πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους, *Fieri poteſt ut aliquis ad ſenectutem uſque bene beateque vivat, & tamen multa ſecunda vel adverſa liberis accidant.* Iſocrat. ad Demon. Τοῖς φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν, *Improbis licet*, ſeu *conceſſum eſt, quævis agere.* Ariſt. Ethic. 1. Ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθηνοῦντα μεγάλαις συμφοραῖς περιπίπτειν ἐπὶ γήρως, *Fieri poteſt*

ut

ut homo omnibus bonis affluens, in senectute incidat in acerbissimas calamitates. Lucæ 13. Οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ, *Non potest fieri ut propheta pereat extra Jerusalem.* Arist. Ethic. 6. Τούτων ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, *Horum principia non possunt se aliter habere.* In hoc exemplo ἐνδέχονται respondet nominativo præcedenti, tanquam verbum finitum, & ponitur personaliter.

REG. 6.

Δεῖ, χρὴ, πρέπει, προσήκει, καθήκει, accusativum adsciscunt, & sequuntur ferè infinitivi: ut, Menand.

Δεῖ τοὺς γενομένους μέχρι ἂν ζῶσι πονεῖν.

Genitos oportet, quoad vixerint, laborare.

Demosth. pro Ctesiph. Δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας φέρειν, ὅ,τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως, *Decet viros bonos quicquid Deus dederit eleganter ferre.* Plutarch. Apophth. Λοχαγὸς, ἀπαγγείλαντός τινος αὐτῷ, ὅτι τῶν υἱῶν τεθνήκει ὁ ἕτερος, Πάλαι ἤδειν, ἔφη, ὅτι ἀποθανεῖν αὐτὸν ἔδει, *Lochagus, cùm quidam ei nunciasset, alterum ex filiis mortuum esse, Jampridem, inquit, sciebam quòd illum mori oportuit.* Eurip. Orest. Τὺς φίλους ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοις ὠφελεῖν, *Decet amicos in calamitatibus amicis opem ferre.* Epichar. Οὐ μετανοεῖν ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν σοφὸν ἄνδρα, *Sapientem decet non post factum, sed antè, sapere.* Isocrat. ad Demon. Πρέπει τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν, *Decet liberos, ut bonorum & fortunarum, sic & amicitiæ paternæ hæredes esse.* Placilla ad maritum Theodosium; Ἀεί σε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι, τί μ' ἦσθα πάλαι, τί δ' γέγονας νῦν. ταῦτα γὰρ διαπεπαμένῳ σοι, οὐκ ἔστι περὶ τὸν εὐεργέτην ἀχάριστος, ἀλλ' ἣν ἐδίξω βασιλείαν χρηστὴν παρέσεσθαι νόμῳ, καὶ πίστει διαφυλάξεις τὸν δεδωκότα, *Semper tibi, marite, cogitandum est, quis olim fueris, & qui nunc sis: Nam in horum crebra cogitatione erga benefactorem ingratus non es futurus, sed acceptum imperium legibus administrabis, & simul coles eum qui*

contulit.

contulit. Recitatur à Theodoreto, & in Tripartita hiſtor. lib. 5. cap. 1.

Si quis autem volet in verbis πρέπει & προσήκει accuſativum adjunctum ad infinitivum referre, huic non valde repugno.

APPEND.

1. Sed πρέπει, προσήκει, καθήκει, etiam dativo juncta invenies: ut, Epictet. Οὐδὲν ἄλλο ἡγεμόνι πρέπει, ἢ τὸ μηδένα ὑφορᾶσθαι, μηδὲ ἀβρύνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἴσου πάντων προῖσασθαι, *Nihil eſt quod magis eum qui præeſt deceat, quàm ut neminem vel ſuperbè contemnat, vel indecorè admiretur, ſed ex æquo omnibus præſit.* Plato; Πρέπει μὴν τῷ τῶν μειζόνων προστάντι, μείζονος φρονήσεως μετέχειν, *Decet eum qui maximis rebus præeſt, prudentiâ etiam maximâ præditum eſſe.* Demoſth. Ariſtocr. Νομίζω οὐδένα τοσοῦτα ἀγαθὰ ἂν ποιῆσαι, δι' ὃν τοῖς δικασταῖς προσήκει ἐπορκῆσαι, καὶ παρ' ἃ φαίνεσθαι δίκαια εἶναι τῷ ψηφον θέσθαι, *Non exiſtimo ullum cujusquam eſſe poſſe tantum beneficium, propter quem ſit judicibus juri jurandi violandi religio, & aliter quàm juſtum videatur pronunciandum.* Lyſias; Ἡμῶν καθήκει ποιεῖσθαι δοκιμασίαν περὶ τούτων, *Nos oportet hæc explorare ſeu probare.*

Sic Plaut. Amphitr. *Noſtro generi decet.* Terent. Adelph. *Vobis decet.* Cicero, De Orat. *Quandoque id deceat prudentiæ tuæ.*

2. Sic προσῆκον nunc cum dativo nunc cum accuſativo conſtruitur: ut, Iſocrat. Προσῆκον ἡμῖν βελτίσοις ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι, *Convenit nobis, ut omnium hominum optimi ſimus.* Idem; Προσῆκον ἡμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ κοινῶν, ὥσπερ τῶν ἰδίων μελετᾶν, *Decet nos rerum communium, ut privatarum, curam agere.* Idem; Προσῆκον ὑμᾶς ζητεῖν τὸ τῇ πόλει συμφέρον, *Decuit nos quærere quod utile ſit civitati.*

REG.

REG. 7.

Συμβαίνει, *accidit, contingit, fit*, nunc dativum cum infinitivo, nunc accuſativum cum infinitivo adſciſcit: Aliquando abſolutè ſine caſu ponitur: ut, Demoſth. concion. Exord. Συμβαίνει, τοῖς μὲν ἐν πράξεσι μήτε φοβεῖσθαι μηδὲν, μηδ' ἃ τις ἂν λέγοι δεινὰ, προσήκοντ' αὐτοῖς ἡγεῖσθαι, *Accidit ut bene agentes neque formident quicquam, neque ſi quiſpiam pericula commemoret, ea ad ſe pertinere putent.* Iſocrat. Συμβαίνει ἐν τοῖς πολέμοις ὡς τὰ πολλὰ κρατεῖν τοὺς ἄρξαντας, ἀλλὰ τοὺς ἀμυνομένους, *Contingit plerunque, ut in bellis ſuperiores ſint, non qui bellum intulerunt, ſed qui neceſſariâ defenſione utuntur.* Æſopus; Τοὺς ὑπ' ἔρωτος καταληφθέντας ἀναισχύντους εἶναι συμβαίνει, *Fit ut amore capti impudentes ſint.*

Sed in his duobus & ſimilibus exemplis poteſt accuſativus ad infinitivum referri.

Iſocrat. Νῦν συμβέβηκε μηκέτι δεῖν πείθειν, *Nunc fit*, vel *contingit, ut ſuadere non ſit neceſſe.*

REG. 8.

Μέλει, *curæ eſt*, præter dativum vel nominativum vel genitivum, vel præpoſitionem cum ſuo caſu, vel infinitivum, vel conjunctionem cauſalem cum verbo adſciſcit: ut, Pindar. Οἰκεῖον πέζει· ἀλλότριον ἐδενὶ μέλει, *Proprium premit: alienum nemini curæ eſt.* Ariſt. 8. Ethic. Τῶν τέκνων τῷ πατρὶ μέλει, *Liberi patri curæ ſunt.* Demoſth. in Midiana; Τὸν τῆς κοινῆς βελτίστου δεῖ μέλειν τοῖς ἄρχουσι, *Magiſtratibus publica utilitas curæ eſſe debet.* Plato; Μεμέληκέ μοι περὶ αὐτῶν, *Illa mihi curæ fuerunt.* Iſocrat. Ἐν οἷς ἀεὶ ζῶσι, καὶ ὧν αὐτοῖς μᾶλλον μέλει, *Ex quibus ſemper vivunt, & quæ magis curant.* Scipio, apud Plutarch. Ἐμοὶ οὐκ ἐδέησε πολλοὺς, ἀλλὰ ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι, μεμέληκε, *Mihi non ut multos noſſem, ſed ut à nullo ignoraretur, curæ fuit.* Μέλει μοι ἀκοῦσαι καὶ μαθέσθαι, *Cupio audire & diſcere.*

Ariſt.

Arist. 4. Ethic. Μεγαλόψυχος ὥστε ἵνα ἐπαινῆ μέλει αὐτῷ, οὐδ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωνται, *Magnanimus neque ut ipse laudetur, neque ut alii vituperentur, curat.*

REG. 9.

Μεταμέλει, *pœnitet*, præter dativum Personæ, vel genitivum Rei, vel participium, vel denique accusativum Rei adsciscit: ut, Isocrat. Πολλάκι τοῖς ἀνθρώποις ἧς πέπραγμένων μεταμέλει, *Sæpe homines illorum quæ facta sunt pœnitet.* Plato; Οὔτε νῦν μοι μεταμέλει ὥστε ἀπολογησαμένῳ, *Neque nunc me pœnitet quòd ità pro me responderim.* Aristoph. Οἶμαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν, *Puto fore ut te horum pœniteat.*

De Verbalibus in έον,

REGULÆ.

I. VErbalia in έον, quæ alio nomine *Adverbia positionis* vocantur, significantia Necessitatem agendi, dativum, vel accusativum, vel infinitivum adsciscunt; aliquando sine casu ponuntur: ut, Ἰτέον ἐμοί, *Mihi eundum est.* Ἰατέον τῷ νόσον, *Curandus est morbus.* Eurip. Οἰστέον κἀλπιστέον, *Ferendum & sperandum est.* Aristot. Eth. Ἔχειν τῷ ἀρετῷ καὶ χρῆσθαι πειρατέον, *Enitendum est, ut non solùm virtus adsit, sed ut eâ etiam utamur.*

II. Sæpe casum suorum verborum adsciscunt: ut, Gregor. Μνημονευτέον Θεοῦ μᾶλλον, ἢ ἀναπνευστέον, *Sæpius de Deo cogitandum est, quàm spirandum.* Thaumaturg. Εὐσεβείας ὅλῃ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τῆς ἀρετῶν ὀρθῶς λέγοντες. αὕτη γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῆς ἀρετῶν, *Præcipuam pietatis curam habere decet, quam non immeritò virtutum parentem nominant. hæc enim omnium virtutum principium & finis est.*

Simonid. Νέοις ζηλωτέον τοὺς γέροντας, *Juvenes debent*

bent imitari ſeniores. Sophocl. Ἀνάγκη δ' οὐ δυσμαχητέον, *Cum neceſſitate non eſt pugnandum.* Demoſth. contra Lept. Τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις χρηστέον, καινὸς δ' εἰκῆ μὴ θετέον, *Latis legibus utendum eſt; novæ verò non temerè ferendæ ſunt.*

Philo; Φίλον ἡγητέον, τὸν βουλεῦσαι καὶ ἀντωφελεῖν ἐθέλοντα, κἂν μὴ δύνηται, *Amicus judicandus eſt, qui juvare & prodeſſe cupit, etiamſi non poſſit.* Demoſth. contra Ariſtocr. Οὐ τὸ συμβὰν σκεπτέον, ἀλλὰ τὸν τὸ δράσαντος διάνοιαν, *Non eventus, ſed ejus qui fecerit animus, eſt conſiderandus.* Virg. 2 Æneid.

Pacem Trojano ab rege petendum. Ovid.

Utendum eſt ætate. Lucret. 1.

Æternas quoniam pœnas in morte timendum.

III. Verbalibus nonnunquam verbum ſubſtantivum ἔστι additur: ut, Λεκτέον ἔστι, *Legendum eſt;* γραπτέον ἔστι, *ſcribendum eſt.*

IV. Loco verbi ſubſtantivi ἔστι quandoque additur ejus participium, maximè ſi præcedit verbum Animi affectionem ſignificans: ut, Οἶδα γραπτέον ὄν, *Scio ſcribendum eſſe.* ὄν pro ἔστι).

Quæ autem verba Affectionis ſint, infrà in Regula 13. de Participiis docetur.

V. Attici utuntur numero plurali pro ſingulari: ut, Γραπτέα ἐμοί, pro γραπτέον ἐμοί, *Mihi ſcribendum eſt.* Sophocl. Τῶν κρατούντων δεῖ πάντ' ἀκουστέα, *Magiſtratibus omnino obediendum eſt.*

VI. Sæpe etiam verbalia more adjectivorum participialium paſſivæ vocis efferuntur: ut, Lucian. Οὐχ ὁ τύραννος ἡμῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος, *Tyrannus non eſt nobis loco Dei colendus.* Ariſt. Eth. 4. Ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος, *Solus bonus honore afficiendus eſt.* Baſil. Ἡ μὲν ἀληθὴς φρόνησις διάγνωσίς ἐστι τοῦ τε ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων, *Vera prudentia diſcretio eſt faciendorum & non faciendorum.*

APPEND.

Verbalium vim habent infinitivi, addito verbo perſonali

ſonali δεῖ, χρὴ, aut ſimili; & eſt quaſi periphraſis verbalium in τέον: ut, Demoſth. Δεῖ σκοπεῖν μὲ ἀεὶ χὴ πράττειν τὰ δίκαια, *Semper ſpectanda & agenda ſunt ea quæ juſta ſunt.* pro σκεπτέον, vel σκεπτέα, χὴ πρακτέον, vel πρακτέα, τὰ δίκαια. Idem; Οὐ χάριν πρωτιατέραν τῶ κοινοντος δεῖ ποιεῖσθαι, *Non plus gratiæ quàm officio tribuendum eſt.* Idem; Περὶ δόξης χρηστῆς μᾶλλον σπουδάζειν χρὴ ἢ περὶ χρημάτων, *De bona exiſtimatione magis laborandum eſt quàm de pecunia & opibus.*

De Participiis.

USus Participiorum multò latiùs patet apud Græcos quàm apud Latinos.

REG. 1.

Sæpe caſus nominis vel pronominis caſum participii trahit, contra Latinorum conſuetudinem: ut, Demoſth. Τοῖς πλείσοις ἔιμαρται μηδέποτ' εὖ πράττειν εὖ φρονῆσαι, *Plerisque hominibus fatale eſt, nunquam in rebus ſecundis ſapere.* pro εὖ πράττοντας, vel ὅτε εὖ πράττουσι. Iſocrat. Οὐδενὶ πώποτ' οὐδ' αἰσχρῶς οὐδ' ἀκλεῶς ἀπέβη, τοὺς ἱκέτας ἐλεήσαντι, *Nemini unquam vitio datum eſt, ſupplicum miſereri.* Baſil. Φύσει ἀῤῥώστημα τοῦτο νέοις, κουφότητι γνώμης ἔχειν ἤδη νομίζουσι τὰ ἐλπιζόμενα, *Juvenum naturale vitium hoc eſt, ut propter levitatem conſilii ea ſe habere jam arbitrentur quæ ſpe concupiverunt.* Plutarch. Σιμωνίδης ἔλεγε, Μηδέποτε αὐτῷ μεταμεληθῆναι σιγήσαντι φθεγξαμένῳ δ', πολλάκις, *Simonides dicebat, Se, quòd tacuiſſet, nunquam pœnituiſſe; quòd autem locutus eſſet, ſæpiſſime.* Cic. 1. Offic. *His fortaſſe concedendum Rempub. non capeſſentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ ſe dediderunt.* pro, *ſi non capeſſant.* Συγχωρητέον τοῖς μὴ πολιτευομένοις, &c.

APPEND.

APPEND.

Hoc modo & participium verbi ſubſtantivi ἐμὶ aliis caſibus trahitur: ut, Demoſth. Οὐ χρὴ τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ τοῖς ὁμολογημένοις ὄσι φαύλοις ἐπιτρέπειν, *Reipublicæ negotia illis committenda non ſunt de quibus conſtat quòd mali ſint.*

REG. 2.

Hæc participia, ὤν, ὄσα, ὄν, ferè per *cùm ſit* vel *cùm eſſet* exponuntur: ut, Pſal. 48. Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, *Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit.* Nazianz. Μὴ μισήσῃς σε τὸν ἀδελφὸν, ὑπὲρ ὃ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε, (καὶ ταῦτα δωρεὰν) καὶ σὸς ἀδελφὸς ἐγένετο, Θεὸς ὢν καὶ δεσπότης, *Ne oderis fratrem tuum, pro quo Chriſtus mortuus eſt, idque gratis; & cùm Deus ac Dominus eſſet, tuus frater factus eſt.* Prov. Τέκτων γὰρ ὢν οὐκ ἐπραξῆς ξυλουργικά, *Faber cùm ſis, non tamen tractas fabrilia.*

APPEND.

Sic in multis aliis locis utuntur Græci participio, ubi Latini verbo conjunctivo, præcedente *ſi* vel *cùm*: ut, Iſocrat. Πιστοὶ μὲν ὄντες καὶ δίκαιοι, μεθέξουσι τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, *Quòd ſi fideles fuerint & probi, participes erunt bonorum noſtrorum.* Idem, Epiſt. 5. Πρὸς πατέρα σε γράφων ἐπιστολὴν, ἄτοπον ὠόμην ποιήσειν, εἰ σε μὴ προσερῶ, *Cùm ad patrem tuum literas darem, abſurdè me facturum putabam, ſi te non ſimul compellarem.*

REG. 3.

Ut frequens & elegans uſus participii ὤν, ità in verſione Latina ſæpe non redditur: ut, Xenoph. Τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, ἔστιν θαυμαστόν, *Non mirum eſt, ſi homines peccent.* Eurip.

Κέρδος φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς.

Homines decet calamitates leviter ferre. Xenoph. Ἅπαντα προσδοκᾶν δεῖ ἄνθρωπον ὄντα. *Homini omnia exſpectanda ſunt.*

REG.

REG. 4.

Eſt & frequens uſus paricipii accuſativi casûs præcedentis infinitivum; hoc modo: Plutarch. Apophth. Ἀλέξανδρος πυθόμενος ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, Βασιλικὸν, ἔφη, ὅτιν' εὖ ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν, *Cùm Alexander ſe à quodam vituperari audiviſſet, Regium eſt, inquit, benefacientem (ſeu, cùm beneſeceris) malè audire.* Demoſth. de Rhodio liberto; Ἔστιν ἄτοπον περὶ τῶν δικαίων ἑτέρους διδάσκειν, αὐτὸν δ' ἃ δίκαια πράττοντα, *Abſurdum eſt, eum de jure multa apud alios diſſerere qui ea quæ juſta ſunt ipſe negligit.* Idem, in Leptin. Δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραγίαις, καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι, *Modus in rebus ſecundis ſervandus eſt, & providendum quid accidere poſſit.*

Hanc loquendi formam Cicero à Græcis aliquoties mutuatus eſt: ut,

Offic. 1. *Fortis verò animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici.* & Offic. 3. *Quæ quidem contemnere & pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni & excelſi animi eſt.*

REG. 5.

Sæpe participia pro verbis ponuntur, & reſolvi debent per *quòd*: ut, Plutarch. Apophth. Ὁ νεώτερος Διονύσιος ἔλεγε, πολλοὺς τρέφειν σοφιστὰς, οὐ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ θαυμάζεσθαι βουλόμενος, *Dionyſius junior dicebat ſe multos alere liberalium artium doctores, non quòd illos admiraretur, ſed quia per illos aliis admirationi eſſe vellet.* θαυμάζων pro ἐθαύμαζε, & βουλόμενος pro ἐπεβούλετο.

REG. 6.

Nonnunquam participia commutanda ſunt verbis, cùm *etſi* vel *etiamſi*: ut, Ἀνὴρ εὐεργέτης καὶ ἀγαθὸς ἐν ἀχαρίστοις ὑπάρχων, ὅμως οὐ διαστρέφεται, *Vir bonus & beneficus etiamſi verſatur inter ingratos, tamen non mutatur.*

REG.

REG. 7.

Sæpe etiam participiis utuntur Græci eo loco quo Latini gerundio vel genitivi casûs cum voce *causâ* seu *gratiâ*, vel etiam ablativi casûs: ut, Chrysost. Συγχωρεῖ Θεὸς, ἢ παιδεύων ἢ δίκλω ἀπαιτῶν, ἢ δικαιωτέρας ποιῶν, ὡς τὸν Ἰώβ, *Permittit Deus* (scilicet *ut diabolus aliquid turbet interdum*) *vel erudiendi, vel puniendi, vel exercendi causâ, sicut ostendit historia Job.* Nazianz. Πάντα φέρει φιλία καὶ πάσχουσα καὶ ἀκέουσα, *Amicitia tum patiendo tum audiendo omnia tolerat.* Plutarch. Δημοσθένης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος πῶς τῆς ῥητορικῆς περιεγένετο, ἔφη, Πλέον ἔλαιον ὄσην δαπανήσας, *Demosthenes à quodam rogatus quomodo esset illam dicendi facultatem consecutus, Plus, inquit, olei quàm vini consumendo.*

REG. 8.

Participia nonnunquam resolvenda sunt per ἵνα, τελικῶς· ut, Isocrat. ad Demon. Ὅρκον ἔπαθον προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων, *Cùm jurare cogeris, ob duas tantùm causas id facere debes; aut ut te crimine turpi liberes, aut ut amicos à periculis conserves.* Plutarch. in Apophth. Μέμνων μισθοφόρον τινὰ, πολλὰ βλάσφημα περὶ Ἀλεξάνδρου λέγοντα, τῇ λόγχῃ πατάξας, Ἐγώ σε, εἶπε, τρέφω μαχούμενον, ἀλλ' οὐ λοιδορούμενον Ἀλεξάνδρῳ, *Memnon militem quendam, multa maledicta in Alexandrum dicentem, hastâ percussit, inquiens, Ego te alo ut pugnes cum Alexandro, non ut ei maledicas.*

REG. 9.

Aliquando per *cùm*, vel *si*, reddenda sunt: ut, Democrit. Ὁ μὴ δίδοὺς δεομένῳ, αὐτὸς λήψεται δόντος, *Qui non dat indigenti, nec ipse accipiet, cùm indigebit.* δόντος, pro ὅταν δῷ. Periand. Δυστυχῶν κρύπτου, ἵνα μὴ τοῦ ἐχθροὺς εὐφράνῃς, *Cùm tibi aliquid adversi accidit, tegas id ipsum, nè inimicos tuos gaudio afficias.*

δυστυχῶν, pro ὅτε δυστυχεῖς, vel ὅταν δυστυχῇς. Isocrat. Τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ὁπόταν βλέπων, καὶ σαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν, ὑπομιμνήσκῃς, *Cùm aliorum calamitates vides, etiam tibi ipsi, quòd homo sis, in mentem revoca.* Chrysost. Ἐπί μοι, πῶς ὄψῃ τὸν ἥλιον, μὴ προσκυνήσας τὸν πέμποντα τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς γλυκύτατον φῶς; πῶς ἀπολαύσεις τραπέζης, μὴ προσκυνήσας τὸν πατέρων ἀγαθῶν δοτῆρα; *Dic mihi, quâ fronte aspicies solem, si non adoraſti illum qui oculis tuis dulciſſimam lucem indidit? quâ fronte capies cibum, si non adoraſti tantorum bonorum datorem?* μὴ προσκυνήσας, pro εἰ μὴ προσκυνήσῃς.

REG. 10.

Participia aliquando vim cauſarum efficientium vel ætiologiæ habent: ut, Chryſoſt. Κἂν μὴ σφόδρα ᾖς ἄξιος, μὴ ἀποβλέψῃς, ἔχων μέγαν συνήγορον τὸν δικάζοντα, *Non ſis abjecto animo propter indignitatem tuam, cùm habeas magnum patronum, ipſius judicii autorem.*

REG. 11.

Participia imitantur verborum ſuorum conſtructionem: ut, Chryſoſt. Οὐκ ἔστι πένης ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐπιθυμῶν. οὐκ ἔστι πλούσιος ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος, *Non pauper eſt, qui nihil habet, ſed qui multa deſiderat: Non dives eſt, qui multa poſſidet, ſed qui non multis indiget.* Socrat. Ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος πλουσιώτερος, *Ditiſſimus eſt, qui paucis contentus eſt.* Isocrat. Οἱ τῶν μικρῶν μὴ ἀπεχόμενοι, δῆλον ὅτι οὐδ' τῶν μεγάλων ἀφέξονται, *Qui à parvis non abſtinent, illi nimirum nè à magnis quidem ſibi temperabunt.* Demoſth. in Ariſtocr. Πολλοὶ πολλάκις μειζόνων ἐπιθυμοῦντες, τὰ παρόντ' ἀπώλεσαν, *Multi ſæpe majora appetentes, præſentia amiſerunt.* Idem, de falſa legat. Ὁ μηδὲν αὐτῷ συνειδὼς δεινὸν, εἰ σιγᾷ, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν τῷ σιωπᾶσα, *Qui nullius culpæ ſibi conſcius eſt, is ſi tacet, facinorum & ſcelerum ſocius ſuiſſe videtur.*

Plato;

Plato; Πᾶσα ἐπιστήμη χωριζομένη εὐσεβείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἀλλ' οὐ σοφία φαίνεται, *Omnis ſcientia, niſi cum pietate & virtute conjuncta ſit, verſutia non ſapientia æſtimari debet.* Æſchin. de falſa legat. Συκοφάνται καὶ ὑπ' ἄλλων ἐπιπλάστους λόγους ἐπὶ τὸ χεῖρον διεξερχόντων, *Calumniatores habitas ab aliis narrationes malè narrando depravant.*

REG. 12.

Duo genitivi conjunguntur deſignantes Conſequentiam, quorum alter nominis vel pronominis, alter participii: ut, Nilus; Πάντων σε πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐνδέχεται μεταβολήν, *Cùm omnia tibi proſperè ſuccedunt, exſpectes mutationem.* Nazianz.

Θεοῦ διδόντος, μηδὲν ἰσχύει φθόνος·
Καὶ μὴ διδόντος, μηδὲν ἰσχύει πόνος·
Deo dante, nihil valet invidia:
Et Deo non dante, nihil valet labor.

Ariſtot. Ethic. Ἀμφοῖν ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν, *Etſi uterque* (& præceptor & veritas) *amicus eſt, tamen juſtum eſt veritatem anteferri.*

APPEND.

1. De Periphraſi genitivorum Conſequentiam ſignificantium vide ſuprà Append. Reg. 3. de Gerundiis.

2. Ad hanc conſtructionem de duobus genitivis Conſequentiam ſignificantibus quidam referunt phraſes Græcas, μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν. i. e. *ferè, ferme, propemodum*, itém, *parùm abeſt quin*, &c. quaſi infinitivus δεῖν pro genitivo participii δέοντος vel δεήσαντος ponatur: ut, Iſocrat. ad Philip. Μικροῦ δεῖν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὴν χώραν πορθουμένην ὁρῶμεν, *Parùm abeſt quin ſingulis annis regionem devaſtari videamus.*

3 Inveniuntur autem μικροῦ & ὀλίγου ſine δεῖν hoc modo uſurpari: ut, Plutarch. Apophth. Ἀχθέσης ποτὲ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον ὡς συναπαυσομένης περὶ ἑπτέραν βα-

θεῖαν, ἠρώτησεν ὅτι τηνικαῦτα; τῆς δ' εἰπούσης, Περιεμένομεν γὰρ τὸν ἄνδρα καταλλῆναι, πικρῶς ἐπετίμησε τοῖς παισὶν, ὡς μικρᾶ διὰ αὐτὲς μοιχὸς γενόμενος, *cùm ancilla altâ jam nocte ad Alexandrum, ut cum eo concumberet, adducta esset, interrogavit, Cur tam serò? Ac cùm illa quidem respondisset, Se tantisper exspectasse dum maritus cubitum iret, duriter ministros increpavit Alexander, quòd ferè ipsorum culpâ adulter factus esset.*

Μικροῦ ἔφυγε, *Parum abfuit quin effugeret.* Ὀλίγου δεῖν ἔλαθε, *Ferè evasit.*

REG. 13.

Participium pro infinitivo ponitur, si addatur verbis Perseverandi, Desistendi, Sentiendi, Inveniendi, & in summa verbis significantibus Animi affectionem. Notandum autem est, quòd hoc participium sit nominativi casûs, si manetur in eadem persona; accusativi verò, si fit respectus ad aliam personam: ut, Ἀγαπῶν με διατελεῖ, *Perseverat me diligere.* pro ἀγαπᾷν. Sophocl. Oedip. Tyran. Θεὸν οὐ λήξω προστάτην ἔχων, *Non desinam Deum habere patronum & defensorem.* Chrysost. Οὐ παύεται λογισμὲς ἡδέα πίκλασα· σὺ δ' τὲς μὲν φαύλες ἔκπλευ, τὲς δ' ἀγαθὲς γεώργει, *Mens non cessat parere cogitationes: tu autem malas evelle, bonas verò exerce.* Demosth. Phil. 3. Τοῦτο τὸ λυμαινόμενον πάντ' ἐνεῖσόμεθ', καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἅπαντων ἔσθ' ἁπάντων ἡμῖν κακῶν, τὸ μὴ θέλειν τὰ δίκαια πράττειν ἁπλῶς, *Hâc re labefactari omnia inveniemus, & hoc principium esse malorum omnium, quòd homines nolint simpliciter illa agere quæ justa sunt.* Plutarch. in Pædag. Εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γεώμενος ἁμαρτάνων, *Qui propter robur corporis insolenter se effert, is sciat se à sententia multùm aberrare.* Πλεῖσοι δὲ οὐδὲ αἰσθάνονται ἁμαρτάνοντες, *Multi non sentiunt se errare.* pro ἁμαρτάνειν. Virg.

Sensit medios delapsus in hostes.

pro *se delapsum esse.* Græcè, ἤσθετο πεσών. Demosth. Philip. 3. Ἐκόλαζον ὅτως, ὃς ἂν αἰσθοιντο ἀπροσδοκήτους, ὥστε

ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν, *Puniebant ſic illos quos intelligebant munera capere, ut etiam ſtylis, ſeu cippis, eorum nomina inſcriberent.* pro ἀναγράφειν. Plut. in Anton. Ἤδοντο δ' οἱ πολλοὶ πεφυγότες Ἀντώνιον, *Intellexit autem vulgus, Antonium fugiſſe.* Hîc & participio uſus eſt Plutarchus, & retinuit genitivum quem αἰσθάνομαι communiter adſciſcit. Iſocrat. ad Demon. Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοῖς ἐὰν φαίνοιο ταῦτα μὴ περὶῶν ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πρέπῃσιν ὀπτημόνως, *Magni fies ſi ipſe non commiſeris quæ in aliis reprehendis.* Nazianz.

Εἰ δεῖσθαι δόξων, καὶ πρόσχρηστον τὸ πρᾶον·
Οἰκτίρω γὰρ ὄικτος καὶ Θεῷ καθήμενος.
Si debere te ſcis, benignus ſis prior:
Bonitate enim bonitas rependitur à Deo.

Μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, *Memento te eſſe hominem.* Hanc admonitionem ſubjecit Simonides Pauſaniæ exſultanti propter recentem victoriam, cùm nihil uſitatius ſit quàm in rebus ſecundis obliviſci humanæ fragilitatis & imbecillitatis.

¶ Hoc loco conſtructio verbi σύνοιδα obſervanda eſt.

Σύνοιδα { ἐμαυτῷ { ἁμαρτάνων, ἁμαρτάνοντι, ἁμαρτίαν, } περὶ τῆς ἁμαρτίας, } *Sum mihi conſcius peccati*, vel, *quòd peccem.*

Participio autem ſæpe conveniens aliquis accuſativus additur: ut, Plato, in Apolog. Ἐγὼ ὅτε μέγα ὅτε μικρὸν ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν, *Ego neque in magnis neque in parvis alicujus ſapientiæ mihi conſcius ſum*; vel, *Conſcius mihi ſum, nihil neque magnum neque parvum me ſcire*, potuiſſet etiam dicere, σοφῷ ὄντι. Budæus; Σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀπαιδεύτῳ ὄντι, *Conſcius mihi ſum, me indoctum eſſe.* Quod imitatus eſt Fabius lib. 3. cap. 6. *Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti.* Demoſth. Ταῦτα αὐτῷ συνῄδει πεπραγμένα, *Hæc à ſe commiſſa eſſe, ſibi conſcius erat.* Xenoph. in Apolog. Πολλὴν ἑαυτοῖς συνοίδασιν ἀσέβειαν, *Magnæ impietatis ſibi conſcii ſunt.*

Isocrat. Nicocl. Ζηλῶτε μὴ τοὺ πλεῖστα κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺ μηδὲν κακὸν σφίσιν αὐτοῖς συνειδότας, *Sectemini non divites, sed eos qui nullius mali sibi conscii sunt.* Plutarch. in Pædag.

Δυλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά
In servitutem rapit virum, quantumvis sibi fidentem,
Mens conscia paternorum & maternorum scelerum.

Isocrat. in Trapez. Ὁ παῖς συνήδει περὶ τῶν χρημάτων καὶ τῆς παρακαταθήκης, *Puer erat conscius pecuniæ & depositi.*

¶ Pertinent autem ad hanc regulam sequentia verba; πλαπλέω, λήγω, μανθάνω, αἰσθάνομαι, ἐυείσκω, φαίνομαι, παύομαι, μέμνημαι, θεάω, θεωρέω, διαγίνομαι, συνίημι, ἀλίσκομαι, μνημονεύω, γινώσκω, εἴδω, παρείδω, πεπείθω, πυνθάνομαι, ἐγκαταλαμβάνω, ἀγνόω, ἀγγέλλομαι, ἐλέγχομαι, ἐξελέγχομαι, λανθάνω, ὄπτομαι, αἰσχύνομαι δείκνυμι, ὑποδείκνυμι, δοκέω, ἀγαπάω, διαμάω, ἵστημι, διαλείπω, ἐλλείπω, φθάνω, λανθάνω, δηλόω, &c.

APPEND.

1. Sed quædam horum nonnunquam etiam infinitivo juncta invenies.

2. Nomina etiam à verbis quæ indicavimus derivata, ut δῆλος, ἔνδηλος, κατάδηλος, καταφανὴς, φανερὸς, ἀφανὴς, loco infinitivi, participium adsciscunt: ut,

Δῆλός	ὄτι Λυκοῦργος	ἀδικῶν,	agere.
Ἔνδηλος			
Κατάδηλος		Manifestum est,	
Καταφανὴς			
Φανερὸς		Lycurgum injustè	
Οὐκ ἀφανὴς		ἠδικηκώς,	egisse.
Διάδηλος			

vel, *Lycurgus manifestè injustè* { agit. egit.

Arist. Oecon. 2. Αὐτὴ τοῦτο ποιοῦσα φανερὸς ἦν, *Illeid palàm faciebat.* Solet enim Latinus sermo in hujusmodi locis

locis nomen in adverbium mutare. Xenoph. Memorab. Κατὰ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων, ἢ λωποδυτῶν, ἢ βαλλαντοτομῶν, ἢ ἱεροσυλῶν, τούτῳ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία, *Juxta leges, si quis manifestè deprehenditur furari, aut vestes aliis detrahere, aut crumenas incidere, aut sacrilegium committere, huic mortis pœna constituta est.* Lycurg. contra Leocrat. Οἱ ἀγαθοὶ καταφανῆ ποιοῦσι τὴν ἀνδρείαν τοῦ πλήθους, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ πλήθους προτειχισμόν, *Boni apertè ostendunt firmiora præsidia esse fortitudinem & virtutem quàm opes & multitudinem.*

REG. 14.

Dignus est observatione usus participiorum passivorum, καλούμενος, ὀνομαζόμενος, λεγόμενος, νομιζόμενος, & similium apud Græcos: ut, Isocrat. Ἐκλεγὰ τῶν περιόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας, *Ex præstantibus poetis selige, quas vocant, sententias.* Demosth. Τοὺς πονηροτάτους καὶ τοὺς ἐξαίσιως ὀνομαζομένους αἴ τε ποιναὶ καὶ συμφοραὶ σωφρονίζουσι, *Improbissimos, & ques deploratos nominant, pœnæ & calamitates modestiores & sapientiores reddunt.*

De Pronomine in genere.

REG. 1.

UTuntur Græci genitivis pronominum primitivorum pro possessivis, sicut suprà Reg. 8. de Syntaxi Nominum dictum est.

II. Tertiæ personæ Possessiva sola non copulantur cum diversa persona, sine altera voce Possessorem significante. Nam solœcismus esset, si quis diceret, Ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με. sed dicendum est, Ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς φιλεῖ με, *Ipsorum filius amat me.* Potest etiam sine possessivo efferri: ut, Ὁ παῖς αὐτῶν φιλεῖ με.

In reciprocatione verò poteſt poſſeſſivum tertiæ perſonæ ſolum poni: ut, Δέονται σε τοῖς σφετέροις ὀπιτερῆσαι, *Rogant te ut ſuis præbeas auxilium.*

Demonſtrativa pronomina aliquando diſſimulantur: ut, Baſil. Ὧν ποικιλία ἡ κτῆσις, πικρὰ δὲ καὶ ἡ ἀπόλαυσις, *Quorum varior poſſeſſio eſt, illorum jucundior eſt uſus & perceptio.* hîc diſſimulatum eſt τούτων. Democr. Ὃν πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖ, *Quem omnes metuunt, ille omnes metuit.* hîc deeſt ἕτος.

De Pronomine αὐτός.

REG. 1.

RElativum αὐτὸς poſtponitur pronominibus primitivis cujuſcunque perſonæ, emphaſis cauſâ: ut, Ἐμὲ αὐτὸν ἀκούω, *Me ipſum audio.* Σὲ αὐτὸν ἀκούω, *Te ipſum audio.* Ἐκεῖνος αὐτὸς ὁμολογεῖ, *Ille ipſe confitetur.* Lucian. Junon. & Jovis; Ἔρως βίαιόν τι ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε, *Amor violentum quiddam eſt, & non hominibus ſolùm ſed etiam aliquando nobis ipſis imperat.* Lucæ 2. Σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, *Tuam ipſius animam pertransibit gladius.* Cicero, pro Murena; *De tuo ipſius ſtudio conjecturam ceperis.*

REG. 2.

Relativum αὐτὸς, αὐτὸ, dativo junctum, Similitudinem vel Collationem ſignificat: ut, Iſocrat. Nicocl. Νόμιζε τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσι, *Statuas eâdem pœnâ dignos eſſe illos qui occultant & qui peccant.* Demoſth. Ariſtog. Οὐ τῶν αὐτῶν ὅτε λόγων ὅτ' ἔργων ἐστὶν ἡ νεότης τῷ γήρᾳ, *Non eadem eſt adoleſcentiæ oratio neque actio quæ ſenectutis.* Ariſt. Eth. 8. Εἰς ταὐτὸ τάπλουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ, *Quidam Felicitatem idem eſſe putant quod Secundam fortunam.*

Poteſt

Poteſt etiam in hac coſtructione Græcè ſubintelligi præpoſitio σύ. Horat. in Arte Poet.

Invitum qui ſervat, idem facit occidenti. Græcè, Ἀέκοντα ὁ σώζων ταὐτὸ ποιεῖ τῷ ἀποκτείνοντι. Hîc pronomen *idem* dativum *occidenti* adſciſcit: ταὐτὸ *apud Græcos.*

De Compoſitis Pronominibus.

REG. 1.

PRonomina compoſita dupliciter conſtruuntur; aliàs diviſim, aliàs compoſitè: idque in prima & ſecunda perſona, numero ſingulari tantúm; & in tertia, plurali tantúm.

Compoſitè dicta accipiuntur abſoluté. Diviſim poſita ponuntur emphaſis aut diſcretionis cauſâ: ut, Παιδεύω ἐμαυτοῦ παῖδα, vel, Παιδεύω ἐμὲ αὐτοῦ παῖδα, *Erudio meum filium.* Σαυτῷ χαρίσμενα ποιεῖς, vel, Σοὶ αὐτῷ χαρίσμενα ποιεῖς, *Tibi ipſi grata facis.* & ſic in aliis caſibus.

In tertia perſona plurali conjunctim dicimus, ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτὰς, vel per aphæreſin, αὑτῶν, αὑτοῖς, αὑτάς. & diviſim, σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτάς.

REG. 2.

Quemadmodum genitivi primitivi μοῦ & σοῦ pro pronominibus poſſeſſivis *meus* & *tuus* ponuntur in omni genere & caſu, ſic & genitivi compoſiti, ἐμαυτοῦ & σεαυτοῦ, in eadem ſignificatione ponuntur, ſi manetur in eadem perſona: ut, Iſocrat. in Nicocl. Παράδειγμα καταθῆσαι τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τοῖς ἄλλοις βούλομαι, *Meos mores aliis* (*ſubditis meis*) *tanquam exemplum ad imitandum proponere volo.* Idem, de Pace; Αἰσχυνθείην ἄν, εἰ φανείην μᾶλλον τῆς ἐμαυτοῦ δόξης φροντίζων ἢ τῆς κοινῆς σωτηρίας, *Puderet me, ſi viderer magis angi de mea*

exiſtimatione

exiſtimatione quàm de communi ſalute. Idem, ad Nicocl. Τὴν σαυτῆ φρόνησιν παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίςη, *Tuam ſapientiam aliis hominibus exemplum proponas.* Idem, ad Philipp. Τῆς πατρίδος δίκαιον τοσαύτην σε ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅσην περ τῶν γονέων τῶν σαυτῆ, *Patria non minus curæ tibi eſſe debet quàm parentes tui.* Ὀδυσ. α. Telemachus ad matrem Penelopen;

Ἀλλ' εἰς δόμον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.
Sed domum ingrediens, tuas res adminiſtra.

REG. 3.

Pronomina poſſeſſiva genitivum poſt ſe habent: ut, Lucian. ἐν Ὀνείρῳ; Ὅλως ἔστι ἀπαθῶσι τἀμὰ τῆ κακοδαίμονος, *Omnino hi res meas infelicis dilapidant.* Hom. Ιλ. γ'.

Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔπλε κυνώπης.
Levir præterea meus erat impudentis.

Sunt verba Helenæ de Agamemnone. Simile eſt illud Ovidii in Heroidibus;

Et ſiſti, & noſtros vidiſti flentis ocellos.

APPEND.

1. Hæc autem, τὰ ἐμαυτῆ & τὰ σαυτῆ, dicuntur defectivè: ſubintelligitur enim nomen πράγματα, vel participium ſubſtantivum ὄντα, ut, Demoſth. Ἐγὼ τὰ δίκαια πρὸ πάντων τἀμαυτῆ πλείω ποιεῖν πειράσομαι, *Ego mea bona juſtis rationibus augere ſtudebo.* Iſocrat. in Paneg. Πάντων εἰμὶ δυστυχέστατος, εἰ μηδὲν τῶν ἐμαυτῆ εἰς τὸ κοινὸν ἀπαναλίσκω, *Omnium eſſem infeliciſſimus, ſi nihil mearum rerum,* aut *bonorum, in commune conferrem.* Idem ad Demon. Ὑπὲρ τῶν σαυτῆ συμβούλευε τοῖς περὶ τῶν αὑτῶν καλῶς διοικήσαι, *De tuis rebus illos conſulas qui ſua negotia rectè adminiſtrare ſolent.*

2. Loco poſſeſſivi pronominis σαυτῆ etiam ἑαυτοῦ uſurpatur, ſicut infrà in Append. 2. Reg. 9. oſtenditur.

REG.

REG. 4.

Eodem modo primæ & ſecundæ perſonæ compoſitis pronominibus utuntur Græci etiam in aliis caſibus, in eadem perſona manentes: ut, Plato, in Phædro; Οὐ δύναμαί πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα, γνῶναι ἐμαυτόν, *Nondum poſſum meipſum, juxta Delphicam inſcriptionem, cognoſcere.* Γνῶθι σαυτόν, *Noſce teipſum.* Menand. Ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φέρῃς ἐγκώμιον, *De teipſo non recites encomium.* Nazianz. Τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας, οἵους σαυτῷ που ἢ τυγχάνειν θέλεις, *Talis eſto erga amicos & proximos quales erga te illos eſſe vis.*

REG. 5.

Quia compoſita primæ & ſecundæ perſonæ efferuntur tantùm ſingulariter, ideo tam in duali quàm plurali ponunt ſimpliciter cum relativis αὐτῶν, αὐτοῖς & αὐτούς, cùm in eadem manetur perſona: ut, Plut. Θνήσκοντες ἐθέλειν τῶν τυχηρῶν δυνάμεθα ἀπενέγκασθαι μεθ' ἡμῶν αὐτῶν, *Cùm moriemur, nihil poſſumus nobiſcum ex fortunæ bonis auferre.*

Sic & in reliquis caſibus dicitur; Ἡμῶν αὐτῶν φροντίζομεν, *Noſtri rationem habemus.* Ἡμῖν αὐτοῖς συγγινώσκομεν; *Nobis condonamus.* Ἡμᾶς αὐτοὺς ἀγαπῶμεν, *Nos ipſos diligimus.* Et in ſecunda perſona; Ὑμῶν αὐτῶν κατηγορεῖτε, *Vos ipſos accuſatis.* Ὑμῖν αὐτοῖς χαρίζεσθε, *Vobis gratificamini.* Ὑμᾶς αὐτοὺς ὠφελεῖτε, *Vobis proderitis.*

REG. 6.

Sic cùm in eadem perſona manetur, poſſeſſivis pronominibus ἡμέτερος & ὑμέτερος genitivus pluralis αὐτῶν additur: ut, Æſchin. Διδασκάλοις σώφροσι καὶ φιλοπόνοις ὑφ' ἁρμοττούσαις δυνάμεθα τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν παῖδας, *Præceptoribus temperantibus & induſtriis liberos noſtros committamus.* Iſocrat. in Nicocl. Διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι. ἐὰν γὰρ ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν

ἄρχειν δυνήσονται, *Docete liberos veſtros regibus & magiſtratibus obtemperare. Nam ubi regi didicerint, facilè etiam alii poterunt imperare.* Demoſth. Τῶν ἀλλοτρίων ἀμελοῦντες τὰ ἡμέτερα αὐτῶν πραττωμεν, *Aliena omittentes, noſtra agamus.*

APPEND.

Sed loco poſſeſſivi pronominis & genitivi αὐτῶν invenies etiam ſolum genitivum compoſiti ἑαυτῶν uſurpari: ut, Plut. in Apophth. Ἐξεταζόντων τινῶν εἰ ὁ κόσμος ἔμψυχος, καὶ αὐτὸς, εἰ σφαιροειδὴς, Ὑμεῖς, εἶπε Δημώναξ, περὶ τοῦ κόσμου πολυπραγμονεῖτε, περὶ ἧς τῆς ἑαυτῶν ἀκοσμίας οὐ φροντίζετε, *Cùm quidam curioſè inquirerent an mundus eſſet animatus, & rurſus, an globoſus, Vos, inquit Demonax, de mundo ſoliciti eſtis, ſed veſtram ipſorum immunditiem non curatis.*

REG. 7.

Cùm verò tranſitur ad diverſam perſonam, utuntur primitivo pronomine; nec poſſeſſivis pronominibus genitivus αὐτῶν additur: ut, Matth. 5. Αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς, *Petenti abs te dato, & cupientem à te mutuum accipere nè averſeris.* Matth. 11. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Demoſth. Ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια γίνεται τῇ πόλει εἰς δόξαν, *Noſtra pietas utilitatem adſert civitati.*

REG. 8.

Duabus perſonis concurrentibus, ſi reflexio fiat ad primariam vel initialem perſonam, relativum αὐτὸς regulariter uſurpari ſolet: ut, Πατέρα τιμᾷ ὁ αὐτοῦ υἱός, *Patrem honorat ſuus filius.* non ἑαυτοῦ υἱὸς, niſi fortè, more Attico, compoſitum pro ſimplici accipiatur, ἑαυτοῦ pro αὐτοῦ. Gregor. Ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτόν, *Videns igitur in ſe motum populi.*

Sic,

Sic, Θέλει διδάσκαλός με ἔρχεσθαι πρὸς αὐτόν. non ἑαυτόν. *Vult præceptor, ut ad ſe veniam.*

REG. 9.

Græci utuntur pronomine ἑαυτοῦ in numero plurali in omni perſona. ubi ſciendum eſt, judicium de perſona ex verbo addito ſumendum eſſe: ut, Ἑαυτὸς ἀγαπῶμεν, *Nos ipſos diligimus*; Ἑαυτὸς ἀγαπᾶτε, *Vos ipſos diligitis*; Ἑαυτὸς ἀγαπῶσι, *Seipſos diligunt.* Baſil. Πείσωμεν ἑαυτὸς, ἀδελφοὶ, ἐν καιρῷ πειρασμοῦ, μὴ πρὸς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἀποτείνειν, μηδὲ ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὰς βοηθείας ζητεῖσθαι, ἀλλ' ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς καὶ φιλοπόνῳ προσευχῇ τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι, *Aſſuefaciamus nos, fratres, ut quoties tentamur, non ad humanas ſpes confugiamus, nec indè nobis auxilium petamus, ſed effuſis lacrymis & gemitibus & aſſiduis votis Deo preces adhibeamus.* Chryſoſt. Οὐχὶ τὰ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πέλας σκοπεῖν ἐκελεύσθημεν, *Non tantùm commoda noſtra aſſpectare juſſi ſumus, ſed etiam proximorum.*

APPEND.

1. Additur aliquando huic pronomini ἑαυτοῦ præpoſitio, tam in numero plurali quàm ſingulari: ut, Joſeph. Antiq. Πιστότερα τῶν δι' ἄλλης παραδεδομένων ὅσα δι' αὐτῶν ἕκαστοι ποιούμεθ' εἶναι δοκεῖ, *Illa quæ ſinguli per nos facimus, videntur eſſe certiora quàm quæ per alios fiunt.* Johann. 18. Σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοὶ εἶπε περὶ ἐμοῦ; *Tu à teipſo hoc dicis, an alius tibi dixit de me?* Chryſoſt. Παρασκευαζόμενοι μὲν ῥᾳδίως τὸν διάβολον κρατήσομεν· ῥᾳθυμοῦντες δὲ, κατ' ἑαυτῶν ἀσκοῦμεν τὸν πονηρόν, *Si oraverimus, facilè diabolum vincemus; ſi autem ceſſaverimus, ſceleratum illum contra nos inſtruemus.* Johann. 12. Τοὺς πτωχοὺς πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε, *Pauperes ſemper habetis vobiſcum, me autem ſemper non habetis.*

2. Uſurpatur etiam ἑαυτοῦ pro pronomine poſſeſſivo *tuus*, & ἑαυτῶν pro *veſter*, planè ut σαυτοῦ & ὑμέτερος

cum

cum genitivo plurali αὐτῶν: ut, Iſocrat. ad Nicocl. Ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἂν συμβελεύσειας, ταῦτα αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου, *Quæ tu tuis liberis ſuaſeris, eadem & tibi ſervanda & facienda eſſe putato.* Philipp. 2. Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε, *Cum timore & tremore ſalutem veſtram operemini.* Et in genere fœminino: ut, Xenoph. Memorab. 2. Οὕτω παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, *Sic inſtituis tuos amicos.* Sunt verba Virtutis ad Voluptatem.

De Reciprocis.

¶ EXempla de SUI per omnes caſus obliquos.

Φιλεῖ ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα,
Nemo ſeipſo amat quenquam magis.

Iſocrat. Nicocl. Ὁ μηδὲν ὢν αὑτῷ χρήσιμος, οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν, *Qui ſibi ipſe nihil commodat, is nec alium ſapientem efficere poteſt.* Ariſt. Ethic. 8. Ὁ μὲν τύραννος τὸ ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων, *Tyrannus ſuam utilitatem ſpectat, rex verò ſubditorum.* Demoſth. 3. Olynth. Ἀνόητον εἰς φανερὸν κακὸν ἑαυτὸν ἐμβαλεῖν, *Stultitiæ eſt, ſemetipſum in evidens periculum conjicere.* Chryſoſt. de Precat. Ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ψυχῆς μὴ παρούσης νεκρόν ἐστι καὶ δυσώδες, οὕτω ψυχῆς μὴ κινούσης ἑαυτὴν εἰς προσευχὴν, νεκρά ἐστι, καὶ ἀθλία, καὶ δυσώδης, *Sicut corpus noſtrum, abſente animâ, mortuum eſt & fœtidum, ità anima non excitans ſe ad precationem, mortua, & miſera, & fœtida eſt.* Iſocrat. Nicocl. Χρὴ τοὺς μέγα φρονοῦντας ἐπὶ δικαιοσύνῃ, τοὺς τοιούτους εἰκότως περὶ ἑαυτῶν, *Neceſſe eſt, ut illi qui propter ſuam juſtitiam arroganter de ſe ſentiunt, eximia de ſe prædicent.* Demoſth. Οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἄμεινον βουλεύονται περὶ τῶν ἄλλων ἢ σφῶν αὐτῶν, *Plerique homines aliis melius conſulunt quàm ſibi ipſis.* Ariſt. Οἱ πλεῖστοι διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν ἄλλους φιλοῦσι, *Plerique ob id quod*

quod ſibi bonum eſt alios amant. Iſocrat. Πολλοὶ μὲν σφίσιν αὐτοῖς πολεμοῦσι, *Multi ſibi ipſis bellum inferunt.* Demoſth. contra Cteſiph. Τοῦτο φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' ἑαυτοὺς ἀχθεσθαι, *In omnibus naturâ inſitum atque innatum eſt, ut cum voluptate reprehenſiones & accuſationes audiant, ſuccenſeant autem illis qui ſeipſos laudant.* Τοῖς μὲν μωροῖς ἔθος ἐστὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐγκωμιάζειν, *Fatuis uſitatum eſt ſeipſos laudare.*

Simplex pronomen αὐτὸς in reciprocatione aliquando compoſitum præcedit: ut, Ariſtot. 7. Moral. Eudem. Μάλιστα ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ φίλος, *Unuſquiſque ſibi potiſſimùm amicus eſt.* Idem, Ethic. Nic. Εἴ τις πλέον ἑτέρῳ ἢ αὑτῷ νέμει εἰδὼς καὶ ἑκών, ὅτι αὐτὸς αὐτὸν ἀδικεῖ, *Si quis alteri plus tribuit quàm ſibi, ſciens & volens in ſibiipſi injuriam facit.* Ubi nota, αὐτῷ pro ἑαυτῷ & αὐτὸν pro ἑαυτὸν poni. Plato, 1. De leg. Τὸ νικᾶν οὐκ ἄλλως, ἀλλ' αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη, *Vincere non alios, ſed ſeipſum, omnium victoriarum prima & optima eſt.*

APPEND.

Ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, ſimilem habent cum pronominibus conſtructionem. Reddúntur autem Latinè interdum per adverbia *invicem* aut *mutuò*, interdum per nomina *alter, alterum*, aut per *inter ſe*: & reguntur à verbo cui junguntur: ut, Iſocrat. Οἱ ἄνθρωποι ταῖς δόξαις ἀλλήλων διαφέρουσι, *Homines opinionibus inter ſe diſſident.* Ariſt. Ethic. 8. Τοὺς ἀγαθοὺς χρὴ εὐνοεῖν ἀλλήλοις, *Decet bonos inter ſe amicos eſſe.* Ibid. Ὡς τὰ πολλὰ ἄνθρωποι διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦσιν ἀλλήλους, *Ut plurimùm homines propter utilitatem diligunt inter ſe.* Ibid. Ἐπαρκοῦσιν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν πάντες τὰ ἴδια, *Proſunt inter ſe alter alteri, ſua omnia in communia conferentes.* de viro & uxore.

Adduntur

Adduntur etiam præpoſitiones: ut, Chryſoſt. Τί μαχόμεθα πρὸς ἀλλήλους εἰκῆ; τί πολεμοῦμεν ἀλλήλοις, προστεταγμένοι τοὺ μισοῦντας φιλεῖν; *Quid inter nos temerè digladiamur? quid bellamus inter nos, cùm nobis mandatum ſit ut illos qui oderunt nos diligamus?*

De Suus, Sua, Suum.

REG. 1.

GRæci exprimentes reciprocum, *Suus, ſua, ſuum*, in ſingulari numero in genere maſculino & neutro, utuntur genitivo ἑαυτοῦ vel αὐτοῦ · in genere fœminino, ἑαυτῆς. vel αὐτῆς · in plurali verò, ἑαυτῶν vel αὐτῶν, per omnia genera & caſus: ut, Johann. 3. Οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Chryſoſt. Τοσαύτην τιμὴν ὁ Θεὸς ἀνθρώποις χαρίζεται, ὡς καὶ προσευχῆς ἀξιῶσαι καὶ ὁμιλίας τῆς ἑαυτοῦ, *Tantum honorem Deus hominibus tribuit, ut etiam eos precatione & colloquio ſuo dignos judicet.* Iſocrat. Nicocl. Φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς αὐτοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας, *Solet vulgus in iis ſtudiis vivere quibus magiſtratus ſuos videt eſſe deditos.* Marc. 10. Ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται, *Si mulier deſeruerit maritum ſuum & nupſerit alteri, adulterium committit.* Matth. 23. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; *Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, ſicut congregat gallina pullos ſuos ſub alis, & non voluiſtis?*

APPEND.

1. Illa autem, τὸ ἑαυτοῦ, & τὰ ἑαυτῶν, dicuntur ἐλλει-

ἐλλειπτικῶς, quia illud requirit ſubintelligi πρᾶγμα vel ὄν, hoc verò, πράγματα vel ὄντα· ut, Ariſtot. Ἔχειν τὸ αὑτῷ ἕκαστον, δίκαιον, *Unumquemque habere quod ſuum eſt, decet.* Demoſth. Παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται δίκαιον εἶναι, ἑκάστους τὰ ἑαυτῶν ἔχειν, *Totius humani generis conſenſu juſtum & æquum eſt, quemque ſuum tenere.* Philipp. 2. Πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ, *Omnes ſua ipſorum quærunt, non quæ ſunt Chriſti Jeſu.* 1. Cor. 13. Ἡ ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, *Charitas non quærit quæ ſua ſunt.* Ubi nota genitivum ἑαυτῆς, qui reſpondet ſuo ſubſtantivo ἀγάπη, quod fœminini generis eſt. Sic Demoſthenes; Τῇ μὲν πόλει ἀσφαλὲς, τὰ αὑτῆς πράττειν, *Reipublicæ tutum eſt, ſuum agere negotium.*

2. Genitivo pronominis nonnunquam adjectivum ἴδιος additur: ut, Demoſth. contra Cteſiph. Οἱ πλούσιοι τὴν πολιτείαν οὐ κοινὴν ἀλλ' ἰδίαν αὐτῶν ἡγοῦνται εἶναι, *Divites Rempublicam non communem ſed privatim ſuam eſſe exiſtimant.*

3. Loco genitivi pluralis ἑαυτῶν vel αὐτῶν, invenies etiam σφέτερος cum genitivo plurali relativi αὐτῶν uſurpari: ut, Iſocrat. in Panath. Αἱ μὲν ἀρεταὶ τὰ σφετέρας αὐτῶν φύσεις εὐεργετοῦσιν, ἀλλ' οἷς παραγενόμεναι παραμένουσιν, εὐδαίμονας καὶ μακαρίους ποιοῦσιν, *Virtus non ſibi ipſi prodeſt, ſed eos beatos reddit in quibus conſtanter inſt.* Idem; Πολλοὶ οὐ δυνάμενοι τὰ σφέτερ' αὐτῶν διοικῆσαι, βούλονται τοῖς ἄλλοις συμβουλεύειν, *Multi qui propria rectè adminiſtrare non poſſunt, volunt aliis conſilium dare.*

Additur & hîc ἴδιος aliquando: ut, Iſocrat. De permutat. Πάλαι ἠχύνοντο μᾶλλον ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἁμαρτήμασιν ἢ νῦν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐτῶν, *Olim magis erubeſcebant homines ſi quid publicè delictum eſſet, quàm nunc privatim peccaſſe pudet.*

Ponitur etiam ἴδιος cum ſolo genitivo αὐτῶν: ut, Iſocrat. Πολλοὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἄλλων κακοῖς ἢ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς, *Multi aliorum malis plùs gaudent quàm propriis bonis.*

APPEND.

Ponitur etiam relativum αὐτὸς reciprocè more Attico: ut, Pſal. 103. Ἐγνώρισε τὰς ὁδὸς αὐτοῦ τῷ Μωϋσῇ, καὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ, *Notas fecit vias ſuas Moyſi, & filiis Iſrael voluntates ſuas.*

De Articulis.

REG. 1.

Adjectivum poſtpoſitum ſuo ſubſtantivo, ſi habet articulum, cohæret illi immediatè, & fit ſubjectum: ut, Πλάτων ὁ ἀγαθός ἐστιν, *Ille bonus eſt Plato.*

Si verò adjectivum articulum non habet, fit prædicatum: ut, Πλάτων ἀγαθός ἐστιν, *Plato eſt bonus.*

REG. 2.

Nominibus ſubſtantivis ſubjecti loco poſitis, præponitur articulus: ut, Johann. 1. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Hìc valde cruciarunt interpretes, Græcæ ſyntaxeωs ignaros, hæc verba, Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· cùm tamen articulus adjuvet conſtructionem, qui & teſtatur in hoc dicto *Verbum* eſſe ſubjectum, & alteram vocem, ſcilicet *Deus*, eſſe prædicatum. Χαλεπὰ τὰ καλά, *difficilia quæ pulchra.* Menand.

Ἔις ὅτι δοῦλος οἰκίας, ὁ δεσπότης,
In quaque ſervus unus eſt, Herus, domo.

Plato; Φύσει εὐμετάβολον ζῶον ὁ φίλος, *Amicus eſt animal naturâ mutabile.*

APPEND.

1. Articulus aliquando ſuo caſui poſtponitur, vel eum poſt intervallum aliquod ſequitur: ut, Iſocrat. Epiſt. 6. Ἐμοὶ

Ἐμοὶ μὲν ἀσφαλέστερος βίος εἶναι δοκεῖ καὶ βέλτιων ὁ τῶν ἰδιωτευόντων ἢ τῶν τυραννευόντων, *Mihi ſecurior & tutior eſſe videtur privatorum hominum vita quàm regum & principum.*

2. Aliquando articulus ſic poſitus habet vim pronominis demonſtrativi: ut, Plutarch. Apophth. Ἰφικράτης χειρίσιν ἔφησε στρατηγὸν φωνὴν εἶναι, τὴν, Οὐκ ἂν περιεδόκησα, *Iphicrates dixit, turpiſſimam hanc eſſe imperatoris vocem, Non putaram.*

3 Articulus etiam repetitur: ut, Æſchin. contra Timarch. Τὸ παράγγελμα τὸ τῆς ἑταιρήσεως καὶ πορνείας ἀπεργάζεται ἀνθρώπους καταφρονητὰς μὲν τῶν θεῶν, ὑπερόπτας δὲ τῶν νόμων, ὀλιγώρους δὲ ἔχοντας πρὸς ἅπασαν αἰσχύνην, *Impudicitia & ſcortatio reddit homines & contemtores Deorum, & deſpectores legum, & prorſus omnis probi negligentes.*

REG. 3.

Si nomen adjectivum, ſubintellecto ὤν participio, ſententiam auſpicatur, addendus eſt articulus: ut, Ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης διαλέγεται, *Sapiens ille Ariſtoteles diſſerit.*

Sin præponatur nomen proprium ipſi adjectivo, idem geminandus eſt: ut, Ὁ Ἀριστοτέλης ὁ σοφὸς διαλέγεται.

Omittitur autem, ſi ſubſtantivum nomen intercedat, vel verbo expreſſum, vel ſenſu perceptum: ut, Ἀριστοτέλης ἀνὴρ σοφός.

REG. 4.

Quando duo ſubſtantiva conjunguntur, quorum poſterius habet articulum, cohæret priori immediatè & ſubaudiendum eſt participium ὤν: ut, Αἴας ὁ υἱὸς Τελαμῶνος πολεμεῖ, *Ajax, qui eſt filius Telamonis, belligeratur.*

Si verò non habet articulum, poſterius ſubſtanti-

vum erit prædicatum, ſubaudito verbo ἐστί: ut, Αἴας υἱὸς Τελαμῶνος, *Ajax filius eſt Telamonis.*

APPEND.

Articulus nonnunquam planè diſſimulatur, maximè ſi ſit manifeſta ſententia: ut, Chryſoſt. de Precat. Θάνατος ψυχῆς ἀσέβεια καὶ βίου ἀνόμου, *Impietas & vita non congruens cum lege Dei, mors animæ eſt.* Iſocrat. ad Demon. Καλὸς θησαυρὸς παρὰ ἀνδρὶ ἀγαθῷ χάρις ὀφειλομένη *Præclarus theſaurus eſt apud virum bonum debita gratia.*

REG. 5.

Nominibus adjectivis, quoties ad alterius declarationem pertinent, articulus additur: ut, Æſchin. contra Timarch. Ὁ Σόλων ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, τὴν γυναῖκα ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι, οὐδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ, *Solon ille legumlator celeberrimus, mulierem, apud quam adulter fuerit deprehenſus, ornari non ſinit, nec in fana publica ingredi; nè ſuo interventu & contagio integras matronas inficiat & corrumpat.* Διονύσιος Τρύφωνι τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν, *Dionyſius Tryphoni, illi optimo viro, ſalvere.*

Sæpe etiam omittitur articulus, præſertim in nominibus propriis & literarum inſcriptionibus.

Formulæ autem inſcriptionis literarum hæ ferè ſunt; Πλάτων Δημοσθένει τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν, vel, Πλάτων Δημοσθένει τῷ ἀγαθωτάτῳ, vel, Πλάτων Δημοσθένει εὖ πράττειν, vel, Πλάτων Δημοσθένει φιλοσόφῳ, vel, Πλάτων Δημοσθένει εὖ ὑγιαίνειν, vel denique, Πλάτων Δημοσθένει εὖ διάγειν.

Obiter hîc obſervabitur, in his infinitivis omnibus verbum εὔχεται ſubintelligendum eſſe: ut, Πλάτων Δημοσθένει χαίρειν, εὔχεται, *Plato Demoſthenì S. P. D.*

REG.

REG. 6.

Articulus ſine caſu reſpondente, præpoſitus genitivo nominis ſubſtantivi, Poſſeſſionem ſignificat, & tunc ſubauditur commodum aliquod nomen, vel participium verbi ſubſtantivi εἰμί: ut, Matth. 22. Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ, *Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.* Proverb. Τὰ τῶν φίλων, κοινά, *Amicorum omnia communia.* τὰ τῶν φίλων, ſcilicet, πράγματα, vel ὄντα, *Amicorum res*, vel *illa quæ amicorum ſunt.* Τὰ Ἡροδότου, *Scripta Herodoti.* Plutarch. in Pædag. Μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται καὶ φρυάσσονται οἱ γονέων διασήμων, *Superbiâ & faſtu efferuntur clarorum hominum liberi.* Hîc articulus οἱ requirit ſubaudiri nomen παῖδες. Τὰ τῆς πόλεως, *Negotia civitatis.* Τὰ τῶν ἀνθρώπων, *Res humanæ.* Τὰ τῶν Θηβαίων κακῶς ἔχει, *Thebanorum res in infelici ſtatu ſunt.*

Additur aliquando & ſubſtantivum πρᾶγμα: ut, Iſocrat. Τὰ τῶν Θηβαίων πράγματα κακῶς ἔχει.

Matth. 16. Οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων, *Non ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ ſunt hominum.* Eurip.

Χώρας νοσούσης, νοσεῖ καὶ τὰ τῶν θεῶν,

Cùm regio affligitur, minùs florent ea quæ ad religionem réſque divinas pertinent. Idem;

Χρόνια μὲν τὰ θεῖ, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ,

Lenta quidem ſunt opera divina, ſed tandem non ſunt irrita. Ariſt. Ethic. 5. Εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείξει, *Rectè illud Biantis habere videtur, Magiſtratus virum indicabit.* Chryſoſt. Ἡ πολιὰ τότε ὄψιν ἀιδέσιμον, ὅτε τὰ τῆς πολιᾶς πράττῃ· ὅταν δὲ νεωτερίζῃ τὰ τῶν νέων, καταγελαστότερα ἔσαι; *Cani tunc venerabiles exſiſtunt, cùm quæ canis digna ſunt agunt: cùm autem juveniliter ſe gerunt ſenes, majori riſu quàm juvenes digni erunt.* Iſocrat. Ὁ Θεὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων διοικεῖ, *Deus res humanas adminiſtrat.* Menand.

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης παλαι,

Ἡ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν πατὰ
Τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

Nulla eſt major voluptas patri, quàm videre aliquem ſuorum liberorum modeſtum & prudentem.

Subſtantiva autem in hac conſtructione ſubintelligenda hæc ferè ſunt; Χρῆμα, υἱὸς, θυγάτηρ, γυνὴ, ῥῆμα, χρῆμα, πρᾶγμα, aut participium ὄν vel ὄντα.

REG. 7.

Articulus ſingularis & pluralis neutri generis præponitur ornatûs cauſâ alii articulo genitivi caſûs ſubſtantivum habenti, & abuſivè ponitur pro ipſo nomine: ut, Eurip. Alceſt.

Τὸ τῆς τύχης ἀφανὲς οἱ πεπρωμένοι.

Fortuna quem eventum conſecutura ſit, incertum eſt. τὸ τῆς τύχης, pro ἡ τύχη. Iſocrat. in Soph. Τίς οὐκ οἶδε τὸ τῶν γραμμάτων ἀκίνητος ἔχειν καὶ ταὐτόν; *Quis neſcit, leges immobiles eſſe & immutabiles, & ſemper manere eaſdem?* τὸ τῶν γραμμάτων, pro τὰ γράμματα. Demoſth. 1. Olynth. Τὰ τῶν βαρβάρων ἄπιστά ὅτι δή τε φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, *Barbari naturâ & ſemper hominibus infidi ſunt.* pro, οἱ βάρβαροι ἄπιστοί εἰσι. Idem, in Concion. Τὰ μὲν τῆς τύχης ὀξέα ἔχει τὰς μεταβολάς, *Fortuna habet celeres mutationes.* Plutarch. Apophth. Πολλοὶ ἀγνοοῦσιν ἥλιπον ὅτι τὸ τῆς ἐλευθερίας ἧς οὐκ ἂν ἀλλάξαιτό τις νοῦν ἔχων τὴν Περσῶν βασιλείαν, *Multi ignorant quantum bonum libertas ſit, quam nemo compos mentis cum Perſarum regno permutaret.* Chryſoſt. Οἱ πολλὰ πταίοντες καὶ μὴ κολαζόμενοι, φοβεῖσθαι καὶ δεδιέναι ὀφείλουσιν· αὔξεται γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας διὰ τῆς ἀτιμωρησίας καὶ τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ, *Qui ſæpe peccant nec puniuntur, hi metuere & vereri debent: augentur enim ipſis ſupplicia per ſupplicii tarditatem & Divinam lenitatem.*

Dicunt

Dicunt igitur Græci
in Singulari.

τὸ & τὰ	τῆς πμωείας,	pro	ἡ πμωρία, Pœna.
τοῦ & τῶν	τῆς πμωείας,		τῆ πμωρίας, Pœnæ.
τῷ & τοῖς	τῆς πμωείας,		τὴ πμωρίᾳ, Pœnæ.
τὸ & τὰ	τὴς πμωρίας,		τὴ πμωρίαν, Pœnam.

In Plurali.

τὸ & τὰ	τῆ πμωριῶν,	pro	αἱ πμωρίαι, Pœnæ.
τῷ & τοῖς	τῆ πμωριῶν,		τῆς πμωρίαις, Pœnis.
τὸ & τὰ	τῆ πμωριῶν,		τὰς πμωρίας, Pœnas.

Id ipsum autem fieri non solet in genitivo plurali, ob κακοφωνίαν geminandorum eorundem articulorum τῶν τῆ πμωειῶν, &c.

REG. 8.

Articulus sine suo casu, præpositioni suũ casum habenti præfixus, vult commodum aliquod subintelligi participium: ut, Πάτερ ἡμῶν ὁ ὲν τοῖς ὐρανοῖς, *Pater noster qui es in cœlis.* subintelligitur ὤν. Matth. 5. Οὕτω γὸ ἐδίωξαν τὸν πφοφήτας τὲς πρὸ ὑμῶν, *Sic persecuti sunt prophetas qui ante vos fuerunt.* τὲς πρὸ ὑμῶν scilicet ὄντας aut γενομένους. Greg. Neocæs. Ὁ τὸν ἡμέραν δόὺς, κὴ τὰ ἐις τὸν ἐμέραν σὶ δώσει, *Qui diem dedit, dabit etiam*

tibi quæ in diem neceſſaria ſunt. Chryſoſt. Τὰ ὀλιγοχρόνια φιλουμένων, κἂν σμικρὰ τυγχάνῃ, μεγάλα τῷ πόθῳ φαίνεται, *Quæ proficiſcuntur abi is qui amantur, licèt exigua ſint, deſideranti tamen magna videntur.* Plutarch. in Pædag. Παιδεία τῶν ἐν ἡμῖν, μόνον ὄσιον ἀθάνατον καὶ θεῖον, *Eruditio ſola ex omnibus quæ in nobis ſunt, immortalis & divina eſt.* Coloſſ. 3. Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, *Superna curate, non terreſtria.* Iſocrat. ad Demon. Εὐσεβεῖν τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν, σημεῖα τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας, *Pietatem Deo debitam colere, & juramenta ſervare, felicitatis & ubertatis ſigna ſunt.*

APPEND.

Idem fit cùm, articulo poſt ſubſtantivum ſuum poſito, adjectivum additur: ut, Plutarch. Σκεύη τὰ μὲν καινὰ, κρείττονα· φιλία δὲ παλαιοτέρα, *Vaſa quidem quæ nova ſunt, meliora ſunt; ſed amicitia præſtat quæ vetuſtior eſt.* τὰ μὲν καινὰ, ſcilicet, ὄντα.

REG. 9.

Articulus ſuo caſui poſtpoſitus, aut alieno etiam, revocat antecedentia, & vim habet exponentis: ut, Iſocrat. Τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης, *Voluptates ſectare, nempe eas quæ cum gloria conjunctæ ſunt.* Idem; Πείθου τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις, *Obtempera legibus, iis videlicet quæ à magiſtratibus latæ ſunt.* Matth. 6. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, *Panem noſtrum, illum videlicet quotidianum,* (ſeu (ut quidam volunt) *ſuſtentandis nobis idoneum*) *da nobis hodie.*

REG. 10.

Articuli præpoſiti verbis vel adverbiis, mutant ea in nomina.

De verbis ſuprà exſtant exempla in regulis de Infinitivis.

¶ *De Adverbiis exempla.* Nazianz.

Τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον;
Τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας,

Ὅτις

Ὅτις σεαυτῷ τύχῃ τυγχάνειν θέλεις.
Quid poteſt brevius tradi de virtute?
Talis eſto erga amicos & proximos
Quales erga te illos eſſe vis.

Johan. 8. Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί, *Vos ex inferis eſtis, ego ex ſupernis ſum.* 2. Cor. 4 Εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, *Quamvis externus homo noſter corrumpitur, internus tamen renovatur in dies ſingulos.*

Cùm hoc modo articulus adverbio jungitur, poteſt etiam ſubaudiri participium ὤν aut etiam γεγονὼς ſeu γενόμενος: ut, Ὁ πάλαι, *Antiquus*, pro, Ὁ πάλαι ὤν. Οἱ πάλαι, *Antiqui.* pro, Οἱ πάλαι ὄντες vel γεγονότες ſeu γενόμενοι, *Illi qui olim fuerunt*, id eſt, *antiqui.*

REG. 11.

Articulus pluralis cum præpoſitione περὶ vel ἀμφὶ & nomine proprio, idem eſt quod proprium nomen ſolum: ut, Οἱ περὶ Παῦλον, vel οἱ ἀμφὶ Παῦλον, pro Παῦλος, *Paulus.* Τῶν περὶ Παῦλον, pro Παύλου, *Pauli.* & ſic per reliquos caſus & genera.

Dicunt autem, Οἱ περὶ Παῦλον ἔλεγε, ſingulari verbo juncto cum articulo plurali; & Οἱ περὶ Παῦλον ἔλεγον, plurali verbo, *Paulus dixit.*

Johan. 11. Ἐλήλυθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, *Venerunt ad Martham & Mariam.* pro Ἐλήλυθεσαν πρὸς Μάρθαν καὶ Μαρίαν.

Nonnunquam hæ locutiones ſignificant comitatum: ut, Οἱ περὶ τὸν Καίσαρα, *Qui ſunt partium Cæſaris; Qui ſunt factionis Cæſarianæ.* Actor. 13. Οἱ περὶ τὸν Παῦλον, *Socii Pauli.*

Latini hæc aliquando per præpoſitionem *circa* efferunt: ut, Terent. *Qui circa illum erant.* Æmyl. *Qui circa Antigonum erant.* pro *Antigoni milites* ſeu *comitatus.*

Eodem modo Græci dicunt, Οἱ περὶ τῶν ποίησιν καὶ τοὺς λόγους ὄντες, *Poetæ & Oratores*, Iſocrat. Item, Οἱ περὶ ἡμῶν, *Noſtri majores*; Οἱ περὶ τὰ ἱερά, *Sacerdotes*; Οἱ ἐν τῷ τέλει, *Magiſtratus*; Οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *Platonis auditores.*

auditores. Quod Cicero imitatus est in oratione pro Murena, *Qui sunt à Platone*, id est, *Academici.* Sed facilè videor studiosi in his Græcis exemplis passim participium ὄντες subaudiendum esse.

REG. 12.

Articuli cum particulis μὲν & δὲ habent locum in divisionibus: ut,

Demosth Epitaph. Ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, ὅταν μάχῃ γίγνωνται, τοῖς μὲν ἡττᾶσθαι, τοῖς δὲ νικᾶν, *Cùm prælium committitur, necessariò evenit ut alii vincantur, alii vincant.* Democr. Ζημίαν αἱρεῖ μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν. ἢ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δὲ διὰ παντός, *Eligas potiùs damnum quàm turpe lucrum. Illud enim semel tantùm te dolore afficiet, hoc verò semper.* Cato; Κρεῖσσον καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς. τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ὀνείδισιν φέρει, *Melius est honestè pauperem esse quàm turpiter divitem. illud enim commiserationem, hoc verò reprehensionem adfert.*

Refertur autem in his divisionibus plerunque ὁ μὲν ad remotius, ὁ δὲ ad propinquius; sicut Latinis *ille* & *hic.* qui tamen ordo etiam interdum mutatur.

Quòd si plura membra ponuntur quàm duo, particulâ μὲν semel positâ, semper in sequentibus membris vox δὲ cum articulo repetitur: ut, Plutarch. Ἡ παιδεία τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνη, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθία, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτος, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμος δόξα, *Doctrina juvenibus sobrietas, senioribus solatium, pauperibus divitiæ, divitibus ornamentum est.* Plato, Epist. 9. Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν· ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τοὺς γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι, *Non nobis solùm nati sumus: sed ortûs nostri partem sibi patria vendicat, partem parentes, partem amici.*

APPEND.

1. Loco præpositivi articuli ponitur aliquando subjunctivus: ut, Rom. 14. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, *Alius quidem credit vescendum*

dum esse quibuslibet; alius autem, qui infirmus est, oleribus vescitur. Ibid. Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν, *Hic quidem judicat aliquid interesse inter diem & diem; ille verò idem sentit de quovis die.* 1. Cor. 11. Ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει, *Alius esurit, alius verò ebrius est.* 1. Cor. 7. Ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως, *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic.*

Aliquando contrà postpositivus articulus pro præpositivo videtur accipi: ut, Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς διαλέγεται, id est, ὅς ἐστι, vel ὢν, ἀγαθός, *Socrates ille, qui bonus est, disputat.*

2. Sic & articulus præpositivus quandóque habet vim pronominis demonstrativi: ut, Demosth. Philip. 3. Ἐκεῖνό γ' αἰσχρὸν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν, συμβάντος τινὸς, Τίς γὰρ ὢν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι; νὴ τὸν Δία· ἔδει γὰρ τὸ ποιῆσαι, τὸ μὲν ποιῆσαι, *Turpe illud est, si quid tandem acciderit, dicere, Quis hæc futura putasset? Herculè verò: illud enim agendum fuerat, hoc verò omittendum.* Idem, pro Corona; Εἰ τὸ μὲ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος ὅτος, οὐκ ἂν ἀπέθανε, *Si hoc & illud hic homo fecisset, non esset mortuus.*

3. Ponitur etiam articulus præpositivus pro subjunctivo: ut, Demosth. Concion. Exord. Οὐ τὸ ῥᾴδιον ἁπάντων ὑμῖν τιμήσω μόνον, ἀλλὰ ὃν τρόπον ἄν μοι δοκῆτε ταῦτα ποιῆσαι, διδάξω, *Non quod facilimum est, tantùm objurgabo, sed quo pacto hæc à vobis fieri posse putem, explicabo.* τὸ ῥᾴδιον, pro ὃ ῥᾴδιον, &c. Dion; Καὶ τὸ μέγιστον πλεῖστοι μὲν ἀηδῶς ζῶσι, πλεῖστοι δὲ ἡδέως ἀποθνήσκουσι, *Et quod maximum est, plurimi homines molestè vivunt, plurimi verò libenter moriuntur.* Εὑρεῖν ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀλληλοφονίαν, μοιχείαν, ἐπορκίαν, τὸ πάντων ἔσχατον κακῶν, εἰδωλολατρείαν, *Inveniuntur inter homines mutuæ cædes, adulterium, perjurium, & quod omnium malorum primum est, idololatria.* pro ὃ

ἐστιν

ὄζιν ἕκατον πάντων κακῶν. Ζῇ ἄνθρωπος ἔτη ὀγδήκοντα, ἢ ἐννενήκοντα, ἢ ἑκατὸν, τὸ μακρότατον, *Vivit homo annos octoginta, aut nonaginta, aut centum, quod maximum eſt,* ſeu *ad ſummum.* pro, ὅ, τι ἐϛὶ τὸ μακρότατον.

REG. 13.

Articulis à ſuis nominibus ità ſejunctis ut aliud quiddam intercedat, ſit ipſa orationis compoſitio venuſtior: ut, Demoſth. 1. Olynth. Ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, ἀδημίας ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι, *Sapientes & modeſti homines non minùs moventur turpitudine quàm damno aliquo.* Soph.

Τὰ τῶν τεκόντων ὄμματ' ἥδιϛον βλέπειν.

Jucundiſſimum eſt parentum oculos, ſeu *vultum, intueri.*

Οἱ τὴν τῆς πατρίδος ἀναλαμβάνοντες φροντίδα ἐπαινετοί, *Qui patriæ curam ſuſcipiunt, laudandi ſunt.*

REG. 14.

Omnibus vocibus & ſententiis quæ τεχνικῶς efferuntur ſeu (ut vulgus vocat) materialiter, tanquam neutris nominibus præponitur articulus τό· ut, Τὸ βίβλος, *Hæc dictio,* βίβλος. Τὸ πόλις, *Hæc dictio,* πόλις.

Εὖ εἰρημένον τὸ, Ἕλοῦ βίον τὸν ἄριϛον, ἡδὺν δ' αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει, *Præclarè dictum eſt illud, Optimam vitæ rationem elige, eam jucundam reddet conſuetudo.* Eſt Pythagoræ ſententia teſte Plutarcho. Juſtin. de Trinit. Σαφὴς ἔλεγχος τῆς ἀπιϛίας, τὸ, πῶς, περὶ Θεοῦ λέγειν, *Certiſſimum argumentum incredulitatis eſt, de Deo dicere, Quomodo.*

Conſtructio Præpoſitionum.

¶ Ἐν.

ΕΝ conſtruitur cum dativo: ut, Baſil. Ἐν τοῖς παρὰ τῆϛ ἐχθρῶν διωγμοῖς πλημμελεῖαι ἡ ἐκκλησία μᾶλλον ἢ μᾶλλον ἀθλεῖ,

διάλλει, *In perſecutione creſcit & maximè floret Eccleſia.* Oraculum Sibyllæ de cruce Chriſti, citatum à Nicephoro;

Ὦ ξύλον μακάριστον, ἐν ᾧ θεὸς ἐξετανύσθη.

O lignum felix, in quo Deus ipſe pependit.

Solon apud Stob. Οὐδεὶς μωρὸς σιωπᾷν ἐν συμποσίῳ δύναται, *Nullus ſtultus in convivio tacere poteſt.*

Significat & hoc modo *Inter*: ut, Ἐν ἀγαθοῖς, *Inter bonos.* Sic Cicero in Lælio; *Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.*

Item *Apud*: ut, Ἐν ἑαυτῷ εἶναι, *Apud ſe eſſe.* Ἐν ἐμοί ἐστιν, *In mea poteſtate eſt.* Ἐν τούτῳ vel τοσούτῳ, *Interea.*

Denotat & Motum ad locum cum dativo: ut, Luc. 7. Ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, *Exiit hic rumor in univerſam Judæam, de eo, & in omnem finitimam regionem.*

Iliad. δ. Κάππεσον ἐν Λήμνῳ, *Decidi in Lemnum.* ſcilicet *ego Vulcanus.*

Ἐν καιρῷ, *Oportunè, loco & tempore*: ut, Plutarch. Apophth. Τῷ τὰ καίρια μὲν λέγοντι, πλείω δὲ τῶν ἱκανῶν, ὦ ξένε, ἔφη Ἀλεξανδρίδας, οὐκ ἐν καιρῷ τῷ καιρῷ χρῇ. *Dicenti cuidam oportuna quidem, ſed pluribus quàm par erat, O hoſpes, inquit Alexandridas, non oportunè uteris oportuno.*

APPEND.

Ἐν nonnunquam dativo neglecto, cum genitivo conſtruitur, per ellipſin dativorum οἴκῳ, πάτρῃ, ναῷ, vel ſimilium: ut, Chryſoſt. Τὰ ἐν ᾅδου κακὰ οὐ θεὸν ἔχει τὸν αἴτιον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς. ἀρχὴ γὰρ καὶ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον, *Deus non eſt autor malorum apud inferos, ſed nos ipſi. Principium enim & radix peccati eſt arbitrium noſtrum, & voluntatis noſtræ libertas.* Ἐν διδασκάλου, vel ἐν παιδαγείῳ, *In Præceptoris domo.* ſubauditur οἴκῳ.

Sic dicitur, *Catiam apud Romanos obducto velo in Veneris*

neris adulterium commiſiſſe. ubi ſubintelligitur *æde* vel *templo.*

Similia ſunt; Cicer. Philip. 6. *Qui Hernicos vicit ante Caſtoris.* Et Terent. in Adelphis; *Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dextram.*

¶ Ἐς Εἰς.

Ἐς vel εἰς accuſativo gaudet, & ſignificat Motum ad aliquid: ut, Nilus; Τὸ ἐλπιζὸν ἀγαθὸν εἰς τἀναντίον περιπεσὸν ἀπροσμύθητον ἔχει τὸ πάθος, *Bonum ſperatum, ſi ſecùs & in contrarium cadens nos fallit, affectum vix ullo mitigandum ſolatio gignit.* Ἐις τὸν οὐρανὸν βλέπειν, *Oculos in cœlum attollere.*

Cum accuſativo aliquando ſignificat *In loco eſſe:* ut, Luc. 11. Τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσί, *Mei pueruli mecum ſunt in cubili.* pro ἐν τῇ κοίτῃ.

APPEND.

1. Sed εἰς ᾅδου, *ad inferni*, & εἰς διδασκάλου, *ad præceptoris*, dicuntur defectivè, pro, εἰς οἰκίαν τοῦ διδασκάλου, *ad domum præceptoris*, &, εἰς δόμον ᾅδου, *In Plutonis domum.* Actor. 2. Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν, *Non derelinques animam meam in inferno, neque ſines ut ſanctus tuus videat corruptionem.*

Talia ſunt illa Ciceronis, *ad Opis, ad Pollucis*, ſcilicet *ædem.*

Ἐις δέον, *Bene, rectè:* ut, Demoſth. Philip. 3. Οἱ ταχὺ καὶ πρωτον εἰπόντες, ἃ μάλιστα εἰς δέον λέγουσι, *Qui ſubitò & ex tempore conſilium dant, non optimè conſulunt.* Ἐις κενὸν, *Fruſtrà.* Ἐις τέλος, *Perfectè.*

Aliquando εἰς pro πρὸς ponitur: ut, Ariſt. ad Alex. Πειρῶ τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν, ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν καταβάλλειν, *Studeas potentiam tuam conferre ad beneficentiam, & non ad ſuperbiam.*

Utuntur autem εἰς in laude, πρὸς verò contrà; ut, Ὕμνος εἰς

εἰς Ἀπόλλωνα, *Hymnus in laudem Apollinis.* Πολεμεῖ πρὸς πατρίδα, *Bellum gerit contra patriam.* Secundùm quam ſententiam nonnunquam & ἐις utuntur: ut, Ἀγνωμονοῦσιν εἰς ἡμᾶς, *Ingrati ſunt erga nos.* Cic. *ex eo S. C. quod in hæredes C. Vennonii factum eſt,* id eſt, *contra hæredes Vennonii.*

3. Significat etiam cum certis verbis Violentiam ſeu Injuriam: ut, Demoſth. contra Timarch. Ὁ νομοθέτης ἐκώλυσε μηδ' εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν, *Legislator prohibuit etiam ſervos injuriâ & probro affici.* Idem, Epiſt. 1. Τὸ παραγορεῖν εἰς κήρυκα καὶ πρέσβεις, πᾶσιν ἀσεβὲς εἶναι δοκεῖ, *Caduceatorem & legatos violare, omnibus impium eſſe videtur.* Similia ſunt, *Sævire in hoſtem, Graſſari in aliquem,* &c.

Significat *Propter* vel *Ob:* ut, Plutarch. Apophth. Ἱέρων λοιδορηθεὶς ὑπό τινος εἰς τὴν δυσωδίαν τοῦ στόματος, ἐπῄτησε τὴν αὑτοῦ γυναῖκα μηδέποτε περὶ τούτου φράσαι. ἡ δ' εἶπεν, ὠμην δὲ τοιοῦτον ἅπαντας τοὺς ἄνδρας ὄζειν, *Cùm Hiero reprehenderetur propter oris graveolentiam, objurgavit ſuam uxorem, quòd eum nunquam de illa re admoniiſſet: Tunc illa, Putabam,* inquit, *omnes viros ad talem olere modum.*

¶ Ἐκ.

Ἐκ vel ἐξ genitivo ſemper jungitur, & Motum à perſona, vel re quacunque ſignificat: ut, Chryſoſt. Ἀρετὴ ἐκ προαιρέσεως καὶ οὐκ ἀνάγκης γίνεται, *Virtus ex voluntaria electione, non ex neceſſitate oritur.*

Liban. Αἱ ἐκ φίλων εἰς φίλους γιγνόμεναι λύπαι δυσκαθάρτοι λίαν τυγχάνουσι, καὶ μείζως τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας, *Amicorum offenſiones ægerrimè conciliantur, & majoribus contumeliis aguntur quàm hoſtium.*

Habet autem hæc præpoſitio κ ſequente conſonante; ξ, ſi vocalis ſequatur: ut, Baſil. Ἔστιν ἐκ πόνων ὑγίεια, καὶ ἐξ ἱδρώτων σωτηρία, *Labores ſanitas comitatur, & ſalus ſudores.*

Notentur autem hæ phraſes, & ſimiles, quæ per præpoſitionem

poſitionem ἐκ vel ἐξ efferuntur: Ἐκ νέου, Ἐκ νέων, Ἐκ παίδων. Cicero ferè inquit, *Ab adoleſcentia*, *Ab incunte ætate.* item, *Jam indè ab adoleſcentia*, *Jam indè à puero.* Ἐξελθεῖν ἐκ παίδων, *Excedere ex pueris.* Ἐυδὺς ἐκ νέων ἐδίζεσθαι, *A teneris aſſueſcere.*

Ἤδη ἐκ πολλοῦ, *Jam diu, jampridem.* Ἐκ παλαιοῦ, *Jam olim.* Ἐκ τότε, *A tanto tempore.* Ἐξ ὅ, vel ἐξ ὅσε *Ex quo tempore.* Sed in his & ſimilibus ſubaudiendum eſt χρόνε.

Ἐκ cum variis genitivis redditur per adverbium: ut, Ἐκ προαιρέσεως, Ἐκ προνοίας, *Conſultò, de induſtria.* Ἐξ ἀπροσδοκήτε, *Improviſò*, vel *ex improviſo.* Ἐξ ἑτοίμε, *Iterum*, Ἐκ τε φανεροῦ, *Apertè, manifeſtè.*

Et cum ſubſtantivis: ut, Ἐκ θεοῦ, *Divinitus.* Ἐκ ῥιζῶν, *Raditicus.* Ἐκ πολλῶν, *Procul.* Ἐκ περισσίας, *Abundanter*, vel *ex abundanti.* Ἐξ ἴσε. *Ex æquo*, vel *æqualiter.*

Inveniuntur & hæc; Ἐκ τὸ παραχρῆμα, *Ex tempore*; Ἐκ ποδός, *E veſtigio*; Ἐξ ἐναντίας, *E regione*, &c.

Ponitur etiam ἐκ pro ἀπὸ, ὑπὸ, vel παρά: ut, Aratus; Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, *A Jove ordiamur.* Lucian. Δημώναξ ἐπιτέυθη τὴν ἀρχὴν ἐκ βασιλέως, *Demonactli commiſſum erat imperium à rege.*

Σ Υ Ν.

Σ Υ Ν, & ξὺν ἁπλῶς, *Cùm, Apud*, dativo ſemper jungitur: ut, Luc. 1. Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, *Manſit Maria apud eam menſes circiter tres.* Sophocl.

Σὺν τῷ θεῷ πᾶς κἀγελᾷ κἀδύρεται,
Deo volente quiſque ridet & flet.

¶ ΠΡΟ'Σ.

Πρὸς cum genitivo ſignificat *A*, *De*: ut, Homer. Ὀδυσ. ξ'.

Πρὸς διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοί τε πτωχοί τε.
A Jove ſunt omnes peregrini & mendici.

Epiſt.

Epict. Χρηστὸς πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ὑπονόει κακόν, *De bono viro nihil ſuſpiceris mali.*

Significat etiam Officium: ut, Πρὸς ἡμῶν ὅτι, *Noſtri officii eſt.* Οὐ πρὸς φιλοσόφου ψεύδεσθαι, *Non eſt Philoſophi mentiri.*

Item, *Per*, vel *Coram*: ut, Πρὸς θεῶν, *Per Deos.*

Πρός τε Θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, *Coram Diis beatis, & coram mortalibus hominibus*; Homer.

Cum dativo, *Ad* vel *Præter*, vel *Prope*: ut, Demoſth. pro Cteſiph. Ἐν τῷ τῶν δικαστῶν ὅρκῳ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις, κἀ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, *Judicum jurejurando illud etiam præter cætera, quæ plena ſunt æquitatis omnia, continetur, Eâdem ratione utrumque eſſe audiendum.*

Πρὸς τούτοις, *Ad hæc, Præter hæc, Præterea.*

Πρὸς τοῖς πόσιν, *Prope pedes.*

Cum accuſativo ſignificat Motum ad rem quampiam, non ſolùm animatam, ſed etiam inanimatam: ut, Soph. Ὁ φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντ' ἕρπει, *Invidia illum comitatur qui aliquid habet.* Solon; Σπάνιον εἴσαγε σὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μή σε πλησθεὶς μισήσῃ σε, *Rarò ad amicum ingredere, nè tui ſatur oderit te.* Nazianz. Βραδὺ πρὸς ὑπόνοιαν κακοῦ, τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον, *Qui ad malum perpetrandum paratus non eſt, is nè ad mali quidem ſuſpicionem facilis eſt.*

Πρὸς τὸ παρόν, *Ad id quod agimus.*

Πρὸς καιρόν, *Ad tempus.*

In hac ſignificatione aliquando ὡς pro πρὸς ponitur: ut, Hom. Ὀδυσσ. ρ'.

Ὡς αἰεὶ τὸ ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον, *Sic ſemper Deus ſimilem ad ſimilem ducit.* In hoc verſu ὡς priore loco admirantis vim habet, in poſteriore idem valet quod πρός.

Demoſth. de falſa legat. Λέγειν πρεσβεύων αὐτὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, *Dicitur legationem obire ad Lacedæmonios.*

Significat & *Adversùs* vel *Contra*: ut, Philonides, apud

Stob. Οὐκ ἔστιν ὑδεὶς δειλὸς ὁ δεδικὼς νόμον· πρὸς τὸς πολεμίους δ' ὅστις ἀνδρείας κρίσις, *Non is qui legem metuit, dicendus est timidus: sed fortitudo in pugna adversùs hostes existimatur.* Chærem.

Πρὸς μὲν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς ἀνήρ.

Bonus pater non fovet iram contra filium. Eurip. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, *Ne contra stimulos calcitres.* Virg. 4. Æneid.

Clypeósque ad tela sinistris Projecti objiciunt.

Aut, *Erga:* ut, Basil. Ὅσοι τῷ πρὸς Θεὸν παρῶσι φιλίαν, τούτοις τῷ ἰδίαν παρέχει κοινωνίαν, *Quicunque amorem erga Deum servant, his ipse quoque sui communicationem largitur.* Nilus; Τοιοῦτος ἴδοι πρὸς τὸς σὸς οἰκέτας, ὅιον ἔυχῃ σοι ὁ Θεὸν γενέσθ, *Talem te erga tuos famulos præbe, qualem tibi Deum optas.*

Aut, *Usque ad:* ut, Eurip. Supplicib. Ἃ δ' ἂν μάθοι τὶς νέος, ταῦτα κἀπὶ γῆρως φιλεῖ πρὸς γῆρας. ὥστε παῖδας ἐυ παιδεύετε, *Quæ discit aliquis ab ineunte ætate hæc retinere solet usque ad senectutem. Itaq; liberos bene instituite.*

Aut, *Apud:* ut, Johann. 1. Ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, κὴ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, *Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Chrysost. Ἀντικείμενον ὁ Χριστὸς καλεῖ διάβολον, ἐπειδὴ κὴ Θεὸν πρὸς ἀνθρώπους διαβάλλει, κὴ ἡμᾶς πρὸς Θεὸν, κὴ πάλιν ἡμᾶς αὐτὸς πρὸς ἀλλήλους, *Adversarium Christus appellat diabolum, quia & Deum apud homines, & nos apud Deum, & interim nos ipsos in communi societate calumniis deformat.* Virg. 1. Æneid.

Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.

Publ. Mimus; *Bonum ad virum citò moritur iracundia.* Cic. *Is scripsit ut essem ad urbem.* pro *apud urbem.*

Aut, *Inter:* ut, Isocrat. ad Demon. Ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, *Misi tibi hoc munusculum, ut hæc oratio familiaritatis, quæ inter nos est, sempiternum pignus esset.*

Aut, *Cum:* ut, Demosth. in Amator. Τῶν τρόπων μέγιστον τεκμήριον, ἡ πρὸς τὸς ἀνθρώπους ὁμιλία, *Morum maxi-*

maximum teſtimonium eſt, cum hominibus congreſſus.

Habet etiam locum in Comparationibus: ut, Ὡς τὰ δύο πρὸς τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς ὀκτώ, *Sicut ſe habent duo ad quatuor, ſic habent ſe quatuor, ad octo.* Lucian. in Hermot. Πλοῦτος καὶ δόξα καὶ ἡδοναὶ οὐδέν εἰσι πρὸς τὸν ἐν ἀρετῇ βίον, *Divitiæ, gloriæ, voluptates, nihil ſunt, ſi cum vita virtuti dedita conferantur.* Ariſt. Ethic. 2. Ὁ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός, *Fortis, ſi cum ignavo conferatur, audax, ſi cum audace, ignavus videtur.*

Significat & Poteſtatem: ut, Πρὸς ἡμᾶς ἐστιν, *In noſtra poteſtate eſt.* Philippus apud Plutarch. Πρὸς ἡμᾶς αὐτούς ἐστι καὶ τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν, *In noſtra poteſtate eſt, ut vel bene vel malè audiamus.*

¶ ΠΡΟ'.

Πρὸ, *Pro, Ante, Coram, Præ,* ſemper adſciſcit genitivum, & ſignificat aut Tempus aut Locum, aut Lectionem: ut, Philo; Ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παυθῆναι, *Non poteſt fieri, ut magna diſcantur ante parva.* Demoſth. de Pace; Οἱ μὲν σώφρονες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι, οἱ δὲ ἄφρονες μετὰ τὰ πράγματα, *Prudentes viri ante rem ſolent deliberare, ſtulti verò jam confectâ.*

Πρὸ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν, *Ante tres aut quatuor dies.*

Πρὸ ὀλίγου, vel πρὸ μικροῦ. ſubintelligitur χρόνου, *Paulò antè.*

Πρὸ τῶν θυρῶν, *Præ foribus.*

Πρὸ τοῦ βασιλέως, *Ante Regem,* vel *In præſentia Regis.*

Πρὸ ὀφθαλμῶν, *Ante oculos, In conſpectu.* Plutarch. Ἐρωτηθεὶς εἴς πῶς ἂν γένοιτό τις φιλοπότης, Εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν, ἔφη, ἔχοι τὰς τῶν μεθυόντων ἀσχημοσύνας, *Quidam interrogatus quo pacto quis temperans fieret, Si turpes, inquit, ebriorum geſtus ſibi ante oculos ponat.*

Theon. Οὐ δεῖ ἐξεπίτηδες πρὸ τῶν ἀμεινόνων αἱρεῖσθαι τὰ χείρω, *Non oportet conſultò pro melioribus deteriora eligere.* Πρὸ πολλῶν χρημάτων δεῖ τιμᾶσθαι τὴν ἀρετήν,

πλῶ, *Multis pecuniis virtus anteferenda est.* Θαυμάζειν χρὴ τὸν νοῦν πρὸ τοῦ σώματος, *Pluris æstimanda est mens quàm corpus.*

Ponitur πρὸ aliquando pro ὑπέρ: ut, Homer. πρὸ παίδων καὶ γυναικῶν μάχεσθαι, *Dimicare pro liberis & uxoribus.*

¶ ΑΝΑ.

Ἀνὰ, *Per, Sigillatim,* vel *Circiter*, regit accusativum: ut, Hom.

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.

Morbum malum per exercitum excitabat, perierunt autem populi. Johann. 2. Ὑδρίας χωρούσας ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, *Hydriæ capientes singulæ circiter metretas binas aut ternas.* Matth. 20. Ἀνὰ δηνάριον ἔλαβον, *Acceperunt singuli denarium.*

Cum dativo poeticè pro σύν: ut, Hom. Iliad. α.

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *Aureo cum sceptro,*

¶ ΚΑΤΑ.

Κατὰ cum genitivo significat *Contra, Adversùs, Per*: ut, Nazianz. Ἐπὰν ὀργιζῇς κατὰ τοῦ λοιδορήσαντος, ἐλεγχαίωσας τὰ ὀνείδη. τί γὰρ ὀργῆς ἀφρονέστερον; ἐὰν δὲ μείνῃς ἀόργητος, αἰσχύνας τὸν ὑβρίσαντα, *Si commoveris adversùs convitium facientem, probra confirmas: quid est enim irâ insipientius? Si verò iram moderaberis & lentus fueris, pudore afficis injuriam facientem.* Κατὰ Αἰσχίνου λόγος, *Contra Æschinem oratio.* Κατὰ τῆς Ἀφροδίτης ὀμνύω, *Per Venerem juro.*

Significat & *De*: ut, Κατὰ τῆς ἀρετῆς θεατέον, *De virtute dicendum.* Ζῶον λέγεται κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, *Animal dicitur,* (vel *prædicatur*) *de homine.*

Sed, κατ' Ὀλύμποιο κορυφῆων, *ab Olympi verticibus.* Ponitur κατὰ pro ἀπὸ *poeticè.*

Cum accusativo *Secundùm*: ut, Arist. in Eth. Κατὰ τὴν οὐσίαν ἡ ἐλευθεριότης λέγεται; *Secundùm facultates* (seu *ex facultatibus*) *omnis ponderanda liberalitas est.*

Theodoret. Κατὰ τὸ ποῖον τεῖνον, ἢ κατὰ τὸ πόσον, σύμμορφα ἔσται τῷ θεοπτικῷ σώματι τῶν ἁγίων τὰ σώματα, *Corpora*

Corpora Sanctorum erunt conformia Dominico corpori ſecundùm quale, non ſecundùm quantum. id eſt, non ſecundùm gradus donorum. Sicut ſolis major lux eſt quàm ſtellarum, etſi ipſa ſunt quoque lucida corpora.

In accuſativo τρόπον ſæpe præpoſitio κατὰ ſubintelligitur: ut, Ὃν τρόπον, *Quâ ratione*; Τὸν αὐτὸν τρόπον, *Eodem modo*. Σκεπτέον τίνα τρόπον ἑκάστα πραχθῆναι δεῖ, *Conſiderandum eſt quâ ratione ſingula agenda ſint.* Cebes; Πολλοὶ ἐυωχεῖται βοσκημάτων τρόπον, *Multi gulæ inſerviunt, pecudum more.* Baſil. Σκορπιζόμενος ὁ πλοῦτος καθ' ὃν ὁ κύριος ὑποτίθεται τρόπον, πέφυκε φθαρμὸν συνεχόμενος ἢ, ἀλλοτριοῦσθαι, *Si divitiæ ſpargantur eo modo quem dominus præſcribit, remanere ſolent; ſin retineantur, alienari.* Hic κατὰ additum eſt.

Idem fit in μέρος nonnunquam: ut, Plato; Ἡμᾶς ἀπώλεσας τὸ σὸν μέρος, *Perdidiſti nos, quantum in te eſt.* Pro κατὰ σὸν μέρος.

Hoc modo ſignificat & Tempus: ut, Democr. Τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκφεύγασιν, ἐπιβουλὴν, φθόνον, καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλέσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν, *Pauperes maximis malis non infeſtantur, ut inſidiis, invidiâ, & odio, quibus divites expoſiti ſunt quotidie.* Dicitur καθ' ἑκάστην ἡμέραν, *quotidie.*

Κατὰ μῆνα vel μῆνας, *Singulis menſibus.* Κατ' ἔτος, vel κατ' ἐνιαυτὸν, *Singulis annis.* Οἱ καθ' ἡμᾶς, *Noſtræ ætatis homines.* Κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν, *Patrum noſtrorum memoriâ.* Sic dicitur, Καθ' ἡμᾶς γέγονε, *Noſtris temporibus factum eſt.*

Καθ' αὑτό, *per ſe*: ut, Ariſt. Eth. 1. Αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις τοῖς φιλοκάλοις ἐισὶν ἡδεῖαι καὶ καθ' αὑτάς, *Virtutis ſtudioſis actiones virtutis jucundæ ſunt etiam per ſe.*

Κατὰ ἑαυτὸν etiam Facultatem denotat: ut, Demoſth. Epiſt. ad Philip. Παίσῃν εἰκὸς τὸν μεῖζον φορτίον ἢ καθ' ἑαυτὸν ἀραμένον, *Caſurum eum eſſe veriſimile eſt, qui onus majus viribus ſuſcipit.* Sic, Οὐ κατ' ἐμέ. *Excedit vires meas.*

Significat & cum hoc casu *Propter*: ut, Basil. Τὸ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς διὰ ἀπουσίαν τοῦ θείου φόβου ἐγγίνεται, *Quòd peccare solemus, propter timoris Dei absentiam nobis contingit.* Arist. lib. 2. Eth. Κατὰ τὰς ἀρετὰς ἐπαινέμεθα, *Propter virtutes laudamur.*

Ad: ut, Philo, De mundo; Κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γεγένηται ἄνθρωπος, *Ad imaginem Dei homo factus est.*

Quoad: ut, Κατὰ τὸ δυνατόν, *Quoad fieri potest*, vel, *Quoad ejus fieri potest.*

Singulatim: ut,

Πάντα κατ' ἕν ἕκαστον / ἕν / ἕκαστον / ἕκαστα } διηλώσω, *Omnia singulatim commemorabo.*

Exprimuntur & hoc modo adverbialiter: ut,

Κατὰ μικρόν, Κατὰ βραχύ, Κατ' ὀλίγον, } *Paulatim.*

Κατὰ καιρὸν, *opportunè.* Κατὰ κόσμον, *Decenter.* Κατὰ σπουδὴν, *Diligenter.* Κατὰ πόλιν καὶ κώμην, *Oppidatim & castellatim*, id est, *per singulas civitates & castella.* Luc. 8. κατ' ἄνδρα, *Viritim*; κατ' ἰδίαν, *seorsum.*

Interdum genitivo resolvuntur: ut, Αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ, pro αἱ τοῦ σώματος ἡδοναὶ, *Corporis voluptates.*

Pro: ut, Κατ' ἀξίαν, *Pro dignitate.*

In: ut, Basil. Πεφύκασί πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι, ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων, *Solent ferè imaginationes in somnis ut plurimùm respondere curis diurnis.*

Κατὰ Πλάτωνα, κατὰ Θεόγνιν, &c. non Latinè redditur, *Secundùm Platonem*, vel *Theognidem*; sed, *Ut traditum est à Platone*; *Ut Plato tradit*; *Apud Platonem*, &c. Κατ' ἐμὴν δόξαν, *Meâ sententiâ*, *Meo judicio.* Dicunt etiam, Κατὰ τὸν ἐμὸν, sine δόξαν. Οἱ κατ' ἀγορὰν, *Causidici.*

APPEND.

APPEND.

1. Illæ orationes Græcorum in quibus κατὰ jungitur cum accuſandi caſu, ſæpe per præpoſitionem *ex* reddendæ ſunt, vel cum adverbio *congruenter* ſeu *convenienter*, cum dandi caſu: ut, Ariſtot. Κατὰ λόγον ζῆν καὶ τεθνάναι, *Vivere & mori ex ratione*; vel, *Convenienter rationi vivere & mortem obire.* Plutarch. in Apophth. Καλὸν πολλὰ κεκτημένον ζῆν κατὰ λογισμὸν καὶ μὴ κατὰ τὴν ὀθνυμίαν, *Honeſtum eſt, ut is qui multa poſſidet, non ex libidine ſed ex ratione vivat.* Ariſt. Ethic. Κατὰ πάθος ζῆν, *Vitam ex libidine agere.* Ζῆν κατὰ τὸ πρόσταγμα τὸ παιδαγωγοῦ, *Vivere ex præſcripto pædagogi.* Κατὰ ἀρετὴν ζῆν, *ex virtute vivere.* Κατὰ συνθήκην, *ex inſtituto.* Ariſtot. in Categ. Ποιότητα δὲ λέγω καθ' ἣν ποιοί τινες λέγονται, *Qualitatem autem dico, ex qua quales aliqui nominantur.*

2. Habet & locum in Comparationibus: ut, Ariſt. Ἀμείνων ἢ κατὰ λόγους, *Melior quàm ut cum orationibus comparetur.* Plato; Μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον, *Majus quàm ut homini conveniat.*

¶ ΔΙΑ'.

Διὰ cum genitivo ſignificat *Per*: ut, Baſil. Οὐ πάντων Θεὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης, *Deus non omnium Deus eſt, ſed eorum qui per charitatem in ipſius quaſi familiam recepti, & ipſi conjuncti ſunt.* Evagr. Ἄτοπον ὄντι διώκοντα τὰς τιμὰς φεύγειν τοὺς πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαί, *Abſurdum eſt, expetentem honores fugere labores, per quos honores comparantur.*

Significat & Tempus: ut, Διὰ βίου, *Per totam vitam*; Διὰ ἔτους, *Per totum annum*; Διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, *Nocte & die.*

Item, *In*: ut, Διὰ χειρῶν ἔχειν, *In manibus habere*; Διὰ στόματος ἔχειν, *In ore habere*; Διὰ τιμῆς ἔχειν, *In honore habere*; Διὰ αἰδοῦς ἄγειν, *Venerari, In veneratione habere.*

Aliquando per ſolum verbum exprimimus, aliquando per nomen: ut, Διὰ αἰτίας ἔχειν, *Accuſare.* Διὰ βραχέων,

Paucis; Διὰ πλειόνων, *Pluribus*. Διὰ τείτης, *Tertio quoque die*; Διὰ ἔτους πέμπτου, *Quinto quoque anno*.

Redditur etiam adverbio: ut, Διὰ ταχέων, *Celeriter*.

Cum accuſativo, *Propter*: ut, Chryſoſt. Φεῦγε τὴν τρυφὴν, διὰ τὴν θλῖψιν, *Fuge voluptatem propter comitem ejus afflictionem*. Apollon. Οὐ τὸ πένεσθαι χατ' φύσιν αἰσχρόν· ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι, ὅνειδος, *Paupertas non turpis eſt ſecundùm naturam: turpem verò ob cauſam pauperem eſſe, dedecori eſt*. Æſchin. contra Timarch. Οἱ πρεσβύτεροι τῷ μὲν εὖ φρονεῖν ἀκμάζουσιν, ἧ δὲ τόλμα ἤδη αὐτοὺς ἄρχεται ἀπολείπειν, διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων, *In natu majoribus viget prudentia; audacia verò eos deficere incipit, propter uſum rerum*.

¶ ΜΕΤΑ'.

Μετὰ cum genitivo ſignificat *Cum*, *Unâ cum*: ut, Diodor. Κρεῖττόν ἐστιν εὖ πεπαιδευμένην λαβεῖν γυναῖκα ἀπεσκορ, ἧ κακῶς μὲ χρημάτων, *Melius eſt bene educatam uxorem ducere indotatam, quàm malè educatam cum magna dote*. Chryſoſt. Ῥᾴον ἄν τις συμφορὰν τὴν χαλεπωτάτην φέρῃ μὲ φίλων, ἧ μόνῳ εὐτυχίαν τὴν μεγίστην, *Facilius quis cum amicis graviſſimam calamitatem ferat, quàm ſolus maximam proſperitatem*. Iſocrat. Archid. Εἰκὸς τὸν θεὸν εὔνοιαν ἔσεσθαι μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν, *Veriſimile eſt, Deum cum bonis viris futurum eſſe*.

Cum dativo, *Cum*, *In* vel *Inter* poeticè: ut, Heſiod.

Δεινὸν γὰρ πόντῳ μὲ κύμασι πήματι κύρσαι.
Miſerum eſt inter maris fluctus in malum incidere.

Hom. Ὀδυſſ. ω. Εἶχε δ' ῥάβδον μὲ χερὶ καλὴν, χρυσείην, *Habebat virgam in manibus pulchram, ex auro*. Idem, Iliad. ι. Αὐτὸς δ' μὲ πρώτοισι πονεῖτο, *Ipſe verò inter primos laborabat*.

Cum accuſativo ſignificat *Poſt*, *Secundùm*, *Ad* & *In*, poeticè: ut, Prov. Μετὰ τὰ κακὰ φρονιμώτερος, *Poſt mala prudentior*. Chryſoſt. Οὐχ ὕτω τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὡς τοὺς μὲ τὴν ἁμαρτίαν μὴ συγκλονουμένους ἐποφέρεσθαι ἤθελεν ὁ Θεός, *Deus non tam peccantes quàm illos qui poſt peccata*

peccata non contrahuntur animo, nec triſtantur, averſari ſolet. Demoſth. Ariſtog. Οἱ νόμοι μὴ τὸν θεὸν ὁμολογῆσαι σώζειν τὴν πόλιν, *In confeſſo eſt, leges proximè & ſecundùm Deum conſervatrices eſſe Reipublicæ.*

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα· θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Jupiter enim ultra Oceanum ad egregios Æthiopes
Heri ivit ad convivium: dii autem omnes ſequebantur.

Μετὰ χεῖρας ἔχειν, *In manibus habere.*

¶ ΠΑΡΑ'.

Παρὰ cum genitivo ſignificat Motum à perſona: ut,

Λάμβανε καὶ βελτίων παρὰ οἰκέτου ἔυ φρονέοντος.

Conſilium ſervi non aſſpernare fidelis.

Democr. Ὑγίειαν ἔχειν παρὰ θεοῦ αἰτῶνται οἱ ἄνθρωποι, τὴν δ' ταύτης δύναμιν παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες οὐκ ἴσασιν. ἀκρατείᾳ γὰρ τὰ ἐναντία ποιέοντες αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγιείης γίνονται, *Homines à Deo ſanitatem petunt, ignorant autem quòd ejus poteſtatem penès ſeſe habeant. Nam per incontinentiam facientes ei contraria, ipſi proditores ſanitatis exſiſtunt.* Plutarch. Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, ἔτε παρὰ φιλαργύρε χάριν δεῖ ἐπιζητεῖν, *Nec à mortuo colloquium, nec ab avaro beneficium petendum.* Æſchin. Παρὰ τῆς δικαίων τυῦτα καὶ μὴ δεηθεῖσι δίκαιόν ὅτιν ὑπάρχειν, μηδεμίαν χάριν μᾶλλον ἄνδρα ποιεῖσθαι περὶ πλείονος, ἢ τὸ δίκαιον καὶ τὸν ὅρκον, *A judicibus hæc, etiam non rogantibus, præſtari æquum eſt, ut neque gratiam ullam neque virum pluris faciant quàm æquitatem & jusjurandum.*

Significat etiam Antecellentiam: ut, Παῦλος παρὰ πάντων θεολόγων τυγχάνει, *Paulus excellit omnes Theologos.*

Præpoſitio παρὰ juncta genitivo, interdum non redditur in verſione: ut, Αἱ παρὰ θεῶν τιμωρίαι, *Deorum pœnæ*; Ἡ παρὰ φίλων ἔυνοια, *Amicorum benevolentia*, Marc. 13. Οἱ παρ' αὐτοῦ, *Propinqui ejus.* Sed poteſt in his & ſimilibus conveniens aliquod participium ſubaudiri:

ri: ut, Ὁ παρὰ ἐμοῦ, ſcilicet πεμφθεὶς vel ἀπεσταλμένος, *Nuncius meus.*

Dicunt etiam, Λέγε αὐτῷ ταῦτα παρ' ἐμοῦ, *Dic ei hoc meo nomine*, vel *meus verbis.*

Cum dativo, *Apud, Prope:* ut, Chryſoſt. Οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν ὥδε ἀνθρώποις ὡς συνηθείας παλαιᾶς τυραννίς, *Nihil tam firmum eſt apud homines quàm veteris conſuetudinis tyrannis.* Idem; Ἔστι κἂν παρὰ ἀνθρώπῳ μικρῷ καὶ εὐτελεῖ εὑρεθῆναί τι τῶν δεόντων, ὃ παρὰ τοῦ σοφοῦ καὶ μεγάλου πολλάκις οὐχ εὑρηθῇ, *Licet apud exiguæ ac obſcuræ ſortis hominem opportuni quippiam invenire, quod apud ſapientem & magnum aliquem multoties inventum non eſt.* Phavorin Παρὰ βασιλεῖ κάθησαι, *Prope regem ſedet.*

Cum accuſativo ſignificat *Ad, Præter, Contra, Propter, Poſt,* & Tempus, &c. item, *In:* ut, Xenoph. Παρά σε ἔρχομαι, *Ad te venio.* Iſocrat. in Plat. Εἰκὸς ἐνα μὲν ἕκαστον τῶν παρὰ δίκην δυστυχούντων ἐλεεῖσθαι, *Juſtum eſt affici miſericordiâ omnium qui præter meritum afflinguntur.* Ulpian. Demoſth. Ἀνιῶσι τὸ φρόνημα τῶν ἐλευθέρων οἱ παρ' ἀξίαν εὖ πράττοντες, *Offendunt animos ingenuorum hominum indignorum res ſecundæ.* Demoſth. 1. Olynth. Τὸς ἀνθρώπους ταράττει τὸ παρὰ γνώμην γιγνόμενον, *Homines perturbat quicquid præter exſpectationem accidit.*

Παρὰ τὸ πρέπον, *Præter decorum;* Παρὰ νόμον, *Contra legem.*

Demoſth. Philip. 2. Οἱ φαῦλοι παρ' ἃ τῶν λογισμῶν βέλτιον' ὁρῶσι, πολλὰ πράττουσι, *Improbi multa contra animi ſui judicium faciunt.* Ariſtot. Οὐ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν, *Non eſt vitium in tempore ſed in moribus.*

Παρὰ πάντα τὸν χρόνον, *Per omne id tempus;* Παρ' ὅλον τὸν βίον, *Per totam vitam;* Παρὰ τὸ δεῖπνον, *Cœnæ tempore;* Παρὰ μίαν τρίτον; *Tertio quoque menſe;* Παρὰ τετάρτην ἡμέραν, *Quarto quoque die.*

Dicunt

Dicunt etiam,

Παρὰ { φαῦλον ποιεῖσθαι, / ὀλίγου ἡγεῖσθαι, / μικροῦ πίπτειν } *Pro nihilo ducere.*

Isocrat. Παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν, *Parùm abfuit quin interierim.* Παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, *In via, In itinere.*

¶ ΑΝΤΙ'.

Ἀντὶ semper construitur cum genitivo, & significat vel Remunerationem, vel Permutationem, vel Vicem: ut, Οἱ ἀγαθοὶ ἀντὶ μικρῶν ὀίδασι χάριν, *Boni pro parvis etiam sunt grati.* Isocrat. Καλὸν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀνταναλλάξασθαι, *Pro mortali corpore immortalem gloriam acquirere, pulchrum est.* Proverb. Ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ὀπυδυμεῖς, *Pro venusto medico malus poeta dici cupis.* Ὁ βὸς ἀντὶ οἰκέτου πένησι, *Bos pro servo est pauperibus.*

Ἀντὶ cum verbis αἱροῦμαι, ἀγαπάω & δέχομαι sæpe jungitur, & significat Electionem: ut, Ἀντὶ πολλῶν χρημάτων ἑλέσθαι τὴν δόξαν χρή, *Grandi pecuniæ gloria anteferenda est.* Isocrat. Evagr. Ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀποθανεῖν εὐκλεῶς αἱρεῖσθαι δεῖ, *Præclara mors vitæ anteferenda est.* Demosth. Οὐκ οἶδα ἀτὰρ ὅτι πολλοὶ ἡμᾶς μισοῦσι, *Multi nos oderunt, nescio quamobrem.* Ἀφ' ὧν, *Propterea quòd.* Ἀντὶ πολλῶν εἶ vel γίνεσθαι, *Instar multorum esse.*

¶ ΕΠΙ'.

Ἐπὶ cum genitivo *In, Coram, Erga:* ut, Πλούταρχος παρεκελεύετο τοῖς νέοις περὶ παῦτα ἔχειν· ἐπὶ μὲ τῆς γνώμης σωφρονεῖν, ἐπὶ δὲ τῆς γλώττης σιγὴν, ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου αἰδῶ, *Plutarchus juvenes hortabatur, ut hæc tria habere curarent; in animo temperantiam, in lingua silentium, in vultu autem pudorem.* Nazianz.

Ἄϊδιον καλέω Θεοῦ υἱὸν παύτα κρατοῦντος,
Ἀνθρώπων σωτῆρα ἐπὶ ξυρῇ ἤδη ἐόντων.

Invoco filium Dei omnipotentis servatorem hominum versantium

versantium in acie novaculæ, id est, *in periculo quod humanis consiliis extricari non potest.* Phocion, apud Plutarch. Ζῆν κρεῖττόν ὄζι ὑπὸ γίβαδος καταχείμενον ἢ διαῤῥεῖν, ἢ παρὰ πέδαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην, *Satius est humi cubantem vivere & bono animo esse, quàm perturbatum in aureo lecto.* Ulpian. in 2. Olynth. Μένειν ὑπὸ τῆς αὐτῶν ἔχ' δίον τε τὰ ἀνθρώπινα, *Ea rerum humanarum conditio est, ut in eodem statu permanere non possint.* Chrysost. Ἐπὶ ἑνὸς ἃ θέλομεν ἀχημονῆσαι ἐνταῦθα, ὑπὸ ἢ μυριάδων ἐκεῖ ποτέρων τί ποιήσομεν; *In hac vita cavet sibi quisque nè coram uno ineptus videatur; quid autem fiet illic coram infinita multitudine.* Idem; Πόσην φιλανθρωπίαν ἐφ' ἡμῖν ὁ Θεὸς ὑπεδείκνυε; *Quantam humanitatem Deus erga nos declarat!*

Observentur & hæ locutiones;

Οἱ ὑπὸ τῆν { ὑπιστολῶν, *Ab Epistolis.* / ἀπορῥήτων, *A secretis.*

Significat & Tempus: ut, Ἐπὶ Κρόνε, *Sub Saturno*, hoc est, *tempore Saturni.* Ἐφ' ἡμῖν, *Nostrâ ætate.* Æschin. cont. Ctesiph. Τί τῆν ἀνελπίςων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐφ' ἡμῶν ἃ γέγονε; *Quid insperati, quid inexspectati nostrâ ætate non accidit?* Xenoph. Ἐπὶ τῆν περγόνων ἡμετέρων, *Tempore majorum.*

Significat etiam Potestatem seu Administrationem: ut, Actor. 8. Ὃς ἦν ὑπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, *Qui præerat univers æ gazæ ejus.* Demosth. Διότιμος ὁ ὑπὶ τῆν ἱππέων, *Diotimus equitum magister.*

Significat etiam Exemplum: ut, Proverb. Ἐπὶ Μανδραβύλε χωρεῖ τὸ πράγμα, *Mandrabuli moreres succedit.*

Cum dativo significat *Propter, Ultra, Præter, Supra*: ut, Isocrat. Ὁ μεμνημένος τί ἐςιν ἄνθρωπος, ὑπὶ ὐδενὶ τῆν συμβαινόντων δυςχεραίνει, *Qui meminit quid homo sit, propter nullum evenientem casum immodicè tristabitur.* Idem, Οὐκ ἔςι σοφοῦ περὶ τοῖς περγόνοις μέγα φρονῆσαι, *Non est sapientis propter majores arroganter de se sentire.* Plur. Φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, *Invidentia*

videntia eſt ægritudo ſuſcepta propter alterius res ſecundas, ut Cicero vertit.

Aut *In*: ut, Dion; Τ' αυτὸν ἐστιν ἐπὶ εὐτυχίᾳ μεγαφρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ ταχυδρομεῖν, *Idem eſt, in ſecunda fortuna ſuperbire, & in lubrica via curſu contendere.* Μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, *Modus in omnibus rebus optimus eſt.*

Aut *Super*: ut, Epheſ. 2. Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, *Ædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum.* Plutarch. in Publ. Νεκροὶ τριακόσιοι ἐπὶ χιλίοις, *Cadavera trecenta ſuper millia.*

Hoc modo etiam poteſtatem ſignificat: ut, Ἐφ' ὑμῖν ἐστι, *In veſtra poteſtate*, vel *penès vos eſt.* Τόγε ἐφ' ἡμῖν, *Quantum quidem in nobis fuit.* Ariſtot. Ethic. 3. Οὐδ' ἀφέντι λίθον ἐπ αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαβεῖν. ἀλλ' ὅμως ἐπ' αὐτῷ τὸ βαλεῖν καὶ ῥίψαι, *Is qui lapidem ejaculatus eſt, non poteſt eum jam revocare: quanquam eſſet antea in ejus poteſtate nè ejacularetur.* Æſchin. cont. Timarch. Ἐπὶ τοῖς δικασταῖς ἐστι, τοὺς νόμους εἰ χρησίμους ἢ ἀχρήστους, *Utrùm leges ratæ an irritæ ſint, penès judices eſt.*

Notandum quòd ἐφ' ᾧ non ſemper *quatenus* ſignificet, ut quidam verterunt, ſed *eò quòd*, vel *quia*: ut, Roman. 5. Καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, *Et ſic mors in omnes pervaſit, eò quòd omnes peccaverunt.*

Significat & ἐφ' ᾧ τε, itém ἐφ' ᾧ, vel ſolum, vel præcedente ἐπὶ τούτῳ, *eâ conditione*, vel *eâ lege.*

Accipitur etiam pro *Poſt*: ut, Ἐπὶ τούτοις, id eſt, μετὰ ταῦτα, *poſt hæc.*

Itém, *Interea*: ut, Johan. 4. Ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, *Interea venerunt diſcipuli ejus.*

Cum accuſativo ſignificat Motum ad aliquid: ut, Chilo; Ἐπὶ μὲ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως πορεύου, *Ad amicorum convivia tardè accedas, ad calamitates verò eorum celeriter.* Nazianz. Φύσει πρόχειρον ἡ καρδία, καὶ πολὺς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ δρόμος,

μ&, *Malitia facilis est naturâ, & frequens cursus ad deteriora.*

Aut, *In*: ut, Psal. 118. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον ἢ πεποιθέναι ἐπὶ ἄνθρωπον, *Melius est confidere in Domino quàm confidere in hominibus.* Ἐφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, *In suam potestatem redigere.* Aristot. Rhet. 2. Ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν ἅπαντα, κακοήθειά ὄξι, *Malitiosi animi est, omnia in deteriorem partem interpretari.*

Aut, *Contra*: ut, Æschin. Οὐδὲν ὄξιν ὄφελος πόλεως, ἥτις μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺ ἀδικοῦντας ἔχει, *Nulla utilitas civitatis est, quæ non habet nervos adversùs delinquentes.* Lucian. Ἐπὶ ταῖς ἡδοναῖς στρατεύεσθαι δεῖ, *Contra voluptates pugnandum est.* Isocrat. Ἀσκεῖν ἐπὶ τοὺ ἀνταγωνιστὰς, καλόν, *Exercere se contra adversarios, honestum est.*

Est etiam ejus usus in significatione Temporis: ut, Ἐπὶ πολὺν χρόνον, *Diu, Longo tempore*; Ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, *Tamdiu*; Ἐφ' ὅσον χρόνον, *Quamdiu*; Ἐπὶ τὸν θάνατον, *Usque ad mortem.*

Additur etiam adverbiis Numerandi: ut, Actor. 10. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς, *Et hoc factum est ter.*

¶ ΠΕΡΙ'.

Περὶ cum genitivo significat, *De, Pro, In, Erga, Propter, Ob:* ut, Demosth. cont. Ctesiph. Πειρατέον ὡς μετριώτατα λέγειν περὶ ἑαυτοῦ, *Opera danda est, ut quàm modestissimè de nobis ipsis dicamus.* Proverb Περὶ καπνοῦ στρολεχεῖν, *De fumo disceptare.* Plato; Οὐκ ἔστι περὶ ὅτου θειοτέρου ἀνθρωπος βουλεύσαιτο, ἢ περὶ ὀρθῆς παιδείας καὶ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ οἰκείων, *De nulla re diviniore homo deliberare potest quàm de recta sui suorúmque educatione.* Homer. Περὶ πάτρης ἀμύνεσθαι, *Pro patria pugnare.* Demosth. Χρὴ ὅτως ἅπαντας ἔχειν τὴν διάνοιαν περὶ τῆς ἀδικημάτων, ὥσπερ ἂν, εἴ τι γένοιτο, τὸς ἄλλους ἀξιώσειαν πρὸς αὑτὸν ἔχειν, *Omnes eo in injuriâ affectos animo esse debent, quo erga se, si quid tale accideret, quisque alios esse vellet.* Johan. 10. Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν

ζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, *Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam.*

Conſtruuntur etiam eleganter cum genitivis, πολλοῦ, πλείονος, ἐλάττονος, ἐλαχίστου, πλείστου, παντὸς, ἑνὸς, ὀλίγου, &c. & verbis ποιοῦμαι & ἡγοῦμαι, pro *Magni facio, Pluris facio, Plurimi facio*, vel *Maximi facio*; item, *Nihili facio, Nihili duco, Parvi duco, Minoris duco*, &c. ut, Iſocrat. Τὸς νῦν ἔχοντας περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε, *Sapientes magnifacito & cole.* Idem, ad Nicocl. Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν ἢ πλοῦτον μέγαν καταλιπεῖν, *Pluris facias gloriam liberis tuis relinquere quàm magnas divitias.* Lyſias; Περὶ ἐλάττονος τῆς ἡδονῆς ἐποίησας τὸν νόμον, *Minoris æſtimaſti legem quàm voluptates.* Plato, in Apolog. Socr. Οἱ ἄνθρωποι τὰ πλείστου ἄξια περὶ ἐλαχίστου ποιοῦνται, τὰ δὲ φαυλότερα περὶ πλείονος, *Homines illa quæ maximi pretii ſunt, minoris faciunt; quæ deteriora, pluris.* Iſocrat. ad Nicocl. Περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως ἀγαθοῖς ἄρχειν, *Omni ſtudio labora & enitere ut boni tuo imperio gaudeant.*

Sic, Περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαί τι, *Aliquid parvi facere*; Περὶ μηδενὸς ποιεῖσθαι, *Nihil facere*, &c.

Loco περὶ ponuntur etiam ὑπὲρ & ἐπὶ in eadem ſignificatione.

Cum dativo, *Pro, Circum, Circa, In*, & *De* poeticè: ut, Homer. Δέδοικα σφὶ ξανθῷ Μενελάῳ, *Timui pro flavo Menelao.*

Cum accuſativo, *Erga, Circa, Juxta, De*: ut, Iſocrat. Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν ἕνεξαιο σφὶ σαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας, *Talem te præbeas erga tuos parentes, quales tuos liberos erga te eſſe cupis.* Περὶ τ πόλιν τὸ στράτευμα, *Circa urbem exercitus.* Plato, 5. De legib. Τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν, *Amans cæcutit circa rem amatam.* Ariſt. Ethic. 2. Περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή, *Omnis ars & virtus circa res arduas & difficiles verſatur.*

Durat

Durat & hæc ſignificatio in locutionibus temporum: ut, Περὶ τρίτην ὥραν, *Circa horam tertiam*; Περὶ ἄριστον ὥραν, *circa tempus prandii*; Περὶ τὸν χρόνον τοῦτον, *Illo tempore.*

Περὶ in multis locis etiam Latinè per *in* redditur, & non per *circa*: ut, Ariſt. Ethic. 2. Ἕκαστος περὶ ταῦτα καὶ τούτοις ἐνεργεῖ ἃ μάλιστα ἀγαπᾷ, *In iis rebus quiſque operam aliquam ponit, quas maximè adamat.* Plutarch. Apopth. Οὕτως ἦν εὐτελὴς Ἐπαμινώνδας περὶ τὴν δίαιταν, ὥστε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὑπὸ γείτονος, εὑρὼν πεμμάτων καὶ ὄψων καὶ μύρων παρασκευὴν, ἀπῆλθεν εὐθὺς, εἰπών, Ἐγὼ σὲ θύειν ᾠήθην, οὐ χυβρίζειν, *Adeò frugalis in victu erat Epaminondas, ut à vicino ad cœnam invitatus, cùm bellariorum obſoniorúmque ac unguentorum apparatum inveniſſet, è veſtigio abierit, dicens, Ego te ſacrificare, non laſcivire putabam.* Iſocrat. Διατρίβειν περὶ τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας δεῖ, *In præſtantiſſima parte philoſophiæ verſari oportet.* Περί τι ἔστι, ἢ γίνεσθαι, *Verſari* ſeu *occupari in aliqua re*; non, *circa aliquam rem.*

Aliquando περὶ non redditur, cùm videlicet articulus præcedit: ut, Iſocrat. ad Nicocl. Τὰ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβῶμεν, ὅπως μὴ πλείονα ἀγαθῶν τὸν βίον διάγωμεν, *Sumus ſtudioſi rerum divinarum, ut in affluentia vitæ ævum tranſigamus.* Iſocrat. Epiſt. 8. Οἱ Ἀφάρεως παῖδες ἐπαιδεύθησαν ὑπὸ Ἀγήνορος τὰ περὶ τὴν μουσικήν, *Apharei liberi eruditi ſunt ab Agenore in muſicis.* Nihil aliud eſt, quàm ſi dixiſſet, Ἐπαιδεύθησαν ὑπὸ Ἀγήνορος τῶν μουσικῶν.

Περὶ conſtituit etiam periphraſin genitivi ſubſtantivi; de quo vide exceptionem 1. Reg. 12. de Syntaxi Nominum.

Περὶ & ἀμφὶ cùm accuſativo, præcedente articulo, ſignificant vel idem quod nomen proprium, vel comitatum, ut ſuprà in Syntaxi Articulorum, Reg. 2 dictum eſt.

Ἀμφὶ idem cum περὶ. Sed hæc uſitatior oratoribus quàm illa, quæ cum genitivo ſignificat *De:* ut; Pindar. Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά, *Decet hominem honeſta de diis loqui.*

Cum

Cum dativo, *Pro* vel *Propter*: ut, Ἀμφ' ἑαυτῷ, *Pro illo*, vel *Propter illum*, poeticé.

Cum accuſativo, *Circa*, *Circum*, item, *Circiter*: ut, Ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας, *Circiter centum & viginti millia*. Lucian. Ἀμφὶ κάμινον ἔχω τὰ πολλά, *Circiter fornacem ut plurimùm occupatus ſum*. Idem; Ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη σοῦ ὄντος ἀπέθανον, *Cùm annos eſſes natus circiter ſeptuaginta, mortui ſunt*.

¶ ΑΠΟ'.

Ἀπὸ ſemper cum genitivo conſtruitur, & ſignificat Motum à perſona, re & loco: ut, Plato; Ἀπὸ θεοῦ χρὴ παίτα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν καὶ νοεῖν, *Unuſquiſque ſive dicturus ſive cogitaturus, à Deo ordiri debet*. Epict. Ὡς ἡδὺ θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, ἕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων, *Ut jucundum eſt mare à terra intueri, ità gratum eſt ſervato meminiſſe laborum*. Baſil. Ὁ ἀληθινὸς λόγος καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας περιῶν ἁπλοῦς ὄντι καὶ μονότροπος, *Sermo verus & à mente ſana profectus, ſimplex eſt & uniformis*. Plutarch. in Demoſth. Ἄνθρωποι ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ σήμονος εἰσι κρεμάμενοι, *Homines à vetere & quidem putrido filo pendent*.

Ἀπὸ cum genitivo redditur aliquando per adverbium: ut, Ἀπὸ ταὐτομάτου, vel Ἀπὸ τύχης, *Fortuitò*, vel *Fortè fortunâ*, Ἀπὸ στόματος, vel ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, *Memoriter dicere*.

Conſtruitur etiam cum adverbio: ut,

Matth. 26. Οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου γενήματος τῆς ἀμπέλου, *Non bibam poſthac ex hoc fructu vitis*. Matth. 16. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς, *Ex eo tempore cœpit Jeſus indicare diſcipulis ſuis*.

Ἀπὸ conſtruitur etiam cum genitivo ὅ per Ellipſin genitivi χρόνου, & ſignificat idem quod *ex quo*, vel *ab eo tempore quo*, &c. ut, Macarius Hom. 15. Εἰ ἔκαστος ἀφ' ἧς ἐπτίσθη ὁ Ἀδὰμ, ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου ἐπολέμει πρὸς τὸν σατανᾶν, καὶ ὑπέμενε τὰς θλίψεις, οὐδὲν μέχρι

ἐπίεις πρὸς τὴν δόξαν, ἣν μέλλει κληρονομεῖν· συμβασιλεύσει γὰρ εἰς τὸν ἀπεράντους αἰῶνας μετὰ Χριστοῦ, *Si quis ab eo tempore quo conditus eſt Adam uſque ad finem mundi militaſſet contra Diabolum, & omnes acerbitates, omnes dolores cruciatúſque pertuliſſet, nihil tamen magnum feciſſet reſpectu gloriæ quam conſecuturus eſt, & in qua infinitis ſeculis cum Chriſto regnabit.*

Sic ἀπὸ ἐκείνου, *ab illo tempore*; ἀπὸ τοῦ νῦν, *ab hodierno die*, ſubaudito genitivo χρόνου.

Invenies & præpoſitionem ἐξ eodem modo uſurpari, ut ſuprà dictum eſt.

¶ Ὑπὸ.

Ὑπὸ cum genitivo ſignificat, *à, ab, ex, ſub, præter* vel *propter*: ut, Plutarch. Τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὐξάνοντα ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται, ὁ δὲ πλοῦτος τρέφων τοὺς κόλακας ὑπὸ αὐτῶν τούτων διαφθείρεται, *Ligna quidem augendo ignem ab ipſo igne conſumuntur; divitiæ autem, cum nutriant adulatores, ab his perduntur.* Plato; Ὑπὸ ταύτης τῆς ἀσχολίας οὐδέν μοι τῶν οἰκείων μέλειν γέγονε, *Propter hanc occupationem* (vel *præ hac occupatione*) *nihil mihi agere licuit rei familiaris.*

Δακρύειν { ὑφ' ἡδονῆς, *Lacrymari voluptate.* / ὑπ' ἐνδείας, *præ penuria.*

Varennius; Ὑπὸ κόλπῳ τὰς χεῖρας ἔχειν, *Sub ſinu manus habere.* Urbanus; Ὑπὸ νόσου περιπατεῖ, *Ob morbum non ambulat.*

Cum dativo, *ſub, à*: ut, Proverb. Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει, *Sub omni lapide ſcorpius dormit.* Ὑπό τινι εἶναι, *Alicui parere* vel *ſubditum eſſe.* Chryſoſt. Ὡς ἂν ἀτειχίστου πόλεως ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένοιτο, καὶ πολλὴν τοῦ κωλύοντος ἐρημίαν, οὕτω καὶ ψυχὴν μὴ τετειχισμένην προσδυσχαῖς ῥᾳδίως ὁ διάβολος ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖται, *Ut civitas quæ murus cincta non eſt, facilè in poteſtatem hoſtium venit, propterea quòd non habet qui hoſtem arcere poſſit; ſic animam quæ à precatione circumvallata*

vallata non eſt, facilè diabolus in ſuam poteſtatem redigit. Heſiod.

Καί τινι μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετερῇσι δαμάσσας,
Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο.

Et hi quidem à ſuis manibus domiti, deſcenderunt in caliginoſam domum horridi Plutonis.

Cum accuſativo ſignificat Subjectionem & Tempus: ut, Rom. 6. Οὐκ ἐστὲ ὑπὸ τὸν νόμον, ἀλλὰ ὑπὸ χάριν, *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* Ὑπὸ πρῲ ἕω, *Sub auroram.*

¶ ΥΠΕΡ.

Ὑπὲρ cum genitivo, *pro, de, propter*, item *causâ* vel *gratiâ, ſupra, ſuper*: ut, Rom. 8. Εἰ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Iſocrat. ad Demon. Ὁ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ ἀλλοτρίων, *Qui de ſuis rebus malè cogitat, de alienis certè nullum bonum conſilium dare poterit.* Nazianz. Κρείσσων ἐμπαθὴς ὁμονοίας ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας διάστασις, *Melior eſt diſcordia pietatis causâ ſuſcepta, quàm errantium opinionum & affectuum conſenſio.* Demoſth. Ὑπὲρ ἀρετῆς ἀναλῶσαι χρήματα πλεῖστα, καλόν, *Virtutis causâ maximas opes inſumere, honeſtum eſt.* Λόγος ὑπὲρ Κτησιφῶντος, *Oratio pro Cteſiphonte.* Ὑπέρ τινος φοβεῖσθαι, *Timere de aliquo*, vel *timere alicui.* Plutarch. Δεδίασιν οἱ βασιλεῖς ὑπὲρ τῆς ἀρχομένων, οὐχὶ τύραννοι τοὺς ἀρχομένους, *Timent reges ſubditi; ſed tyranni timent ſubditos.* Demoſth. Οἱ πλεῖστοι ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τοῦ ἰδίου τὰ πολλὰ λέγουσί τε καὶ πράττουσι, *Plurimi privati commodi causâ pleraque dicunt & faciunt.* Plato, in Timæo; Ὑπὲρ γῆς χάλαζα συνίσταται, *Supra terram grando concreſcit.* Plutarch. Τὸν ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸν ἀρετῆς ἀντάξιον οὐ τίθεται δεῖ, *Virtus non conferenda eſt cum auro, quod ſuper terram & ſub terra eſt.*

APPEND.

Adſciſcit & ὑπὲρ eleganter articulum genitivi caſûs τοῦ, cum infinitivo, qui τελικῶς reddendus eſt: ut, Iſocrat. Ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν καλῆς δόξης, πολλοὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες ἀπέθανον, *Ut gloriam conſequerentur* (vel *conſequendæ gloriæ causâ*) *multi boni viri mori voluerunt.* Demoſth. in Ariſtocr. Ὁ μὲ ὑπὲρ τ μὴ παθεῖν ἀλλὰ φυλάξαθ σκοπῶν σωφρονεῖ, *Qui præcavere ſtudet nè quid ipſe mali patiatur, viri prudentis officio fungitur.* Idem, de falſa legat. Οἱ πλεῖστοι ἀναισχυντοῦσι, ψεύδον, παίτα ποιοῦσιν, ὑπὲρ τ μὴ δοῦναι δίκλω, *Plerique frontem perfricant, mentiuntur, & omnia faciunt nè pœnas luant.* pro, μὴ δίκλω δῶσι, vel ἵνα μὴ δῶσι δίκλω.

Dignum & obſervatione, quòd præpoſitio ὑπὲρ ſæpe ſignificet cauſam finalem ſeu effectum: ut, Demoſth. Περὶ στεφάνυ. Ἐπόνεν ὑπὲρ τῆς κοινῆ συμφερόντων, *Laborabant, ut prodeſſent* (*ut ſalutaria eſſent*, id eſt, *ut fierent utilia*) *Reipublicæ.* Non enim ſignificat hîc ὑπὲρ cauſam efficientem. Ità in dicto Pauli Philip. 2. præpoſitio ὑπὲρ exponatur; Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ τελεῖν καὶ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Interpres obſcurè vertit ſententiam, *Deus eſt qui operatur in vobis velle & perficere, pro bono animi propoſito.* Eſt autem ſimpliciſſima verſio, *Deus eſt qui efficit in vobis ut velitis & perficiatis, ut aliqua ipſi grata fiant.*

Cum accuſativo, *Ultra, Supra, Plus*, vel Exceſſum ſignificat: ut, Proverb. Ὑπὲρ τὸν πῆχυν φρονεῖν, *Ultra peram ſapere.* Demoſth. in Midian. Μανία ἐστὶν τὸ ὑπὲρ δύναμίν τι ποιεῖν, *Inſania eſt ſupra vires aliquid ſuſcipere.*

Ὑπὲρ τὴν Θρᾴκην ἡ Μακεδονία, *Ultra Thraciam Macedonia.* Ὑπὲρ ἄνθρωπον, τί ἐστι Θεὸς εἰδέναι, *Captum humanum excedit, cognoſcere quid ſit Deus.*

Habet & locum in numeris: ut,

Τῶν πολεμίων ὑπὲρ δέκα μυριάδας ἀπέκτεινε, *Hoſtium ſupra centum millia occidit.* Plutarch. de Lucullo; Ὑπὲρ ἑξή-

ἐξήκοντα ἔτη γεγονώς, *Qui annum ſexageſimum exceſſit,*
Alicubi vis præpoſitionis ὑπὲρ cum accuſativo Latinè ſolo comparativo exprimitur: ut, Pſalm. 19. Τὰ κρίματα Κυρίου γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον, *Judicia Domini dulciora melle & favo.* Ὑπὲρ χιόνα λάμπειν, *Nive ſplendidiorem eſſe.*

Appendix generalis de Præpoſitionibus.

PRæpoſitio initio orationis poſita, in poſteriori parte ſententiæ ſæpe non repetitur, etiamſi caſus ejus repetatur: ut, Iſocrat. Πρὸς τοὺς νεωτέρους οἱ φαῦλοι οὕτω διατίθενται δυσκόλως, ὡς πρὸς τοὺς κακόν τι αὐτοὺς ἐργαζομένους, *Pravi homines erga monitores ità malè affecti ſunt, ut erga injurioſos & malè de ſe meritos.* ὡς πρὸς τοὺς, pro ὡς πρὸς τούς. Περὶ ἀλλοτρίων κακῶν ἥδιον ποιούμεθα λόγους ἢ τῶν ἡμετέρων αὐτῶν, *De alienis vitiis libentiùs loquimur quàm de noſtris.* pro ἢ περὶ τῶν ἡμετέρων αὐτῶν.

De Adverbiis.

REG. 1.

ADverbia derivata à nominibus primitivorum caſum retinent: ut, Chryſoſt. Τιμῆς μέγεθος τοῖς οὐκ ἀξίως τιμῆς ζῆν προαιρουμένοις, προσθήκη τῆς τιμωρίας ὄντι, *Honoris magnitudo illis qui non vivunt ut dignum eſt honore, augmentum pœnæ eſt.* Hom.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.
Illum odi tanquam infernum ipſum,
Qui aliud mente occultat, & aliud dicit.

Ariſtot. Οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς κρίνουσι· *Vulgus & ſapientes non eodem modo judicant.*

REG. 2.

Adjectiva Temporis ponuntur à poetis pro adverbiis: ut, Heſiod. Ἡμ.

Ὡραῖος ἢ γυναῖκα τεὴν ποτὶ δῖκον ἄγεσθαι,
Tempeſtivus ducas in domum tuam uxorem, id eſt, *tempeſtivè*, Homer. Iliad. β'.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.
Non decet conſiliarium (vel *ſenatorem*) *dormire nocturnum*, id eſt, *per totam noctem*. Plin. *Hæc ſingula & matutina & veſpertina dantur.* pro *manè & veſperi.* Virg. 3. Georg.

Nec gregibus nocturnus obambulat.
pro *noctu.* Idem, 8. Æneid.

Nec minùs Æneas ſe matutinus agebat.
pro *manè.* Tibull.

Sic venias hodierne, tibi dum &c.
pro, *Sic hodie venias.* Ovid.

Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet, &c.

REG. 3.

Utuntur & oratores Græci nonnunquam adjectivo, ubi Latini adverbio: ut,

Xenoph. Pæd. 3. Δῆλοί ἐσμεν ὅτι οὐκ ἄκοντες μαχούμεθα, *Manifeſtum eſt nos pugnam non detrectare.* Demoſth. Δίκαιοί εἰσιν ἐλεεῖν οἱ δικασταὶ οὐ τοὺς ἀδίκως ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς ἀβουλότατα δυστυχοῦντας, *Æquum eſt, non ſceleratorum hominum, ſed illorum qui præter meritum affliguntur, judices miſereri.* pro δίκαιον ὄντι τοὺς δικαστὰς ἐλεεῖν, &c. Chryſoſt. Ὅσῳτῷ ἂν ἰσχυρώτερος ἦς, τοσούτῳ δικαιότερος ἂν εἴης τὸ ἀσθενέστερον διαβαστάσαι. οὐ γὰρ ἑαυτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἰσχυρὸν εἶ) χρὴ τὸ ἰσχυρὸν τὸ, *Quanto fortior fueris, tanto æquius eſt te imbecilliorem ferre. Non enim*

enim ſibi ſolùm fortis eſſe debet, qui fortis eſt; ſed etiam aliis. pro, τοσάτῳ δικαιότερον ἂν εἴη, &c.

Adverbia quædam Loci & Temporis genitivum adſciſcunt: ut, Ποῦ γῆς; *Ubi terrarum?* Ἅπαξ τῆς ἡμέρας, *Semel in die.* Luc. 8. Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, *Jejuno bis in hebdomada.* Δὶς τοῦ μηνός, *Bis in menſe;* Τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, *Ter in anno.*

REG. 4

Per adverbium ſuperlativi gradûs & genitivum pluralem Græci multa efferunt quæ Latinè hoc modo dici non poſſunt: ut, Iſocrat. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἄριστα τῶν Ἑλλήνων ἐπολιτεύοντο, *Lacedæmonii optimè ex Græcis (ſeu inter Græcos) imperium adminiſtrant.* Idem; Σατύρῳ μάλιστα ἐπύγχανον πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει χρώμενος, *Satyro familiariſſimè uſus ſum inter omnes cives.*

Tale eſt, *Pulcherrimè omnium fecit.*

REG. 5.

Adjectiva neutri generis pro adverbiis ponuntur tam in numero plurali quàm ſingulari: ut, Iſocrat. in Helen. Πολὺ κρεῖττόν ὄζει, μικρὸν ὑπερέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις, ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς, *Præſtat parùm eminere in magnis quàm multùm excellere in parvis.* Phocyl.

Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δ' σῖο γονῆας.

Primùm Deum cole, deinde verò tuos parentes.

Latini; *Horrendùm clamat, torvùm videt.* Virg. 8. Æneid.

Incluſúmque cavo ſaxo atque inſueta rudentem.

pro *inſueto more.* Idem;

Stabat acerba fremens.

REG. 6. Ἕως.

Ἕως, *quamdiu, dum, donec,* conſtruitur cum indicativo: ut, Nazianz. Ἕως πλεῖς ἐξ ὑρίας, τῷ ναυαγῶντι δὸς χεῖρα· ἕως ἐυεκτεῖς καὶ πλουτεῖς, τῷ κακοπαθοῦντι βοήθησον, *Dum navigas ſecundis ventis, manum porrige naufrago:*

& dum bene tecum agitur ac dives es, calamitoſum juvato. Demoſth. Ἕως ὅτι καιρὸς ἀντιλαβέσθαι τῶν πραγμάτων, *Dum adeſt occaſio, rerum cura ſuſcipienda eſt.*

Et cum conjunctivo: ut, Chryſoſt. Ἁμαρτία, ἕως μὴ ἐργασθῇ, παρέχει τινὰ ἡδονήν· ἂν δὲ τελεσθῇ, τότε ἡ μικρὰ ἡδονὴ ἀφεξίσταται, ἐπεισέρχεται δὲ ἀθυμία, *Peccatum dum adhuc eſt in opere, nonnihil voluptatis adfert; cùm autem impletum fuerit, modica voluptas illa diſcedit, & in locum ejus ſubit triſtitia.*

Et cum optativo: ut, Ἕως ἂν γένοιτο, *Quàm diu fieret.*

Et cum infinitivo: ut, Ἕως ζῆν, & ἕως ἂν ζῆν, *Donec vivam.*

Regit & ἕως genitivum: ut,

Sirach. 4. Ἕως θανάτου ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ, *Ad mortem uſque pro veritate certato, & Dominus præliabitur pro te.* Actor. 28. Ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας, *A manè uſque ad veſperam.* Ἕως τοῦ οὐρανοῦ, *Uſque ad cœlum.* Actor. 17. Ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν, *Deduxerunt eum Athenas uſque.*

Invenitur & ἕως adverbio temporis junctum: ut, Ἕως ὅτε, *Donec.* Pro quo accipitur etiam ἐις ὅτε, ἕως ποτὲ, *Quàm diu.* Ἕως νῦν, νῦν, Ἕως τοῦ νῦν, *Uſque ad nunc.* Ἕως ἄρτι, *Uſque ad hoc tempus,* Johan. 2.

Jungitur etiam adverbiis loci: ut,

Ἕως ὧδε, *Hucuſque.* Johan. 2. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω, *Et impleverunt eas uſque ad ſummum.*

REG. 7.

Obſervabitur πρὸ ἀρχῆς, vel ἀρχῆν ſimpliciter, pro *prorſus,* vel *omnino,* vel *initiò:* item multa alia adjectiva fœminina ſecundæ ſimplicium, in dativo caſu poſita, adverbialiter uſurpari: ut, Johan. 8. Τὴν ἀρχὴν ὅτι περ καὶ λαλῶ ὑμῖν, *Prorſus ſum quod & loquor vobis,* id eſt, *Prorſus hoc reſpondeo, quòd ſim veſter concionator,*

quàd

quòd ſim illa perſona loquens vobiſcum ab initio mundi. Demoſth. Περὶ ὧνπερ μὴ κεῖνοι νόμοι, οὐδὲ γράφειν πρὸ ἀρχῆν προσήκει, *Quæ legibus non puniuntur, ea accuſare omnino non licet.* Sophocl. Ἀρχὴν ἄπρακτον ἡ φύσις τὰ ἀμήχανα, *Prorſus non ſunt tentanda impoſſibilia.*

Dicitur & in plurali, τὰς ἀρχὰς vel κατ' ἀρχὰς, vel τὸ κατὰ ἀρχὰς, vel etiam conjunctim, καταρχὰς & τὸ καταρχὰς, pro *initio*, vel *ab initio*. Sirach. 18. Ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα, ἔκτισε τὰ πάντα, *Qui vivit in æternum, creavit omnia communiter, ſeu generaliter, ſeu univerſaliter.* Æſch. Οὐδέ γε ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς, οὐκ ἂν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός, *Nec qui privatim malus eſt, publicè unquam bonus futurus eſt.* Χρὴ τὸς φίλους παῤῥησίᾳ λαλεῖν, *Decet amicos liberè & apertè loqui.*

REG. 8.

ΠΡΙΝ.

Πρὶν conſtruitur indicativo & infinitivo: ut, Πρὶν εἶπεν, Πρὶν εἰπεῖν, *Priuſquam diceret.* Iſocrat. Οὐκ ἀπεῖπε, πρὶν τοὺ βαρβάρους ἔπαυσεν ὑβρίζοντας, *Non deſtitit priuſquam barbarorum ſuperbiam repreſſit.*

Πρίν τι λαβεῖν τίνυσιν, ἀτὰρ συχνοὶ λαβόντες.
Dum poſcunt laudant; odio ſectantur adepti.

Chryſoſt. Τοιοῦτον ἡ ἁμαρτία, πρὶν ἢ ἀπαρτισθῆναι, μεθύειν ποιεῖ τὸν ἀλόντα, *Tale quid peccatum eſt; antequam perficiatur, inebriat hominem.* Ubi nota voculam ἢ ditam eſſe.

Additur & infinitivo accuſativus vel ſolus, vel mediante particulâ ἤ: ut, Matth. 1. Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτὸς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, *Priuſquam ipſi convenirent, deprehenſa eſt gravida.* id eſt, πρὶν συνῆλθον αὐτοὶ, εὑρέθη, &c. Homer. Πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν, *Antequam venirent filii Achivorum.*

Nonnunquam dictionem πρὶν πρότερον præcedit: ut, Demoſth. in Concion. Ἡ ἀρχὴ τῦ δοκιμάζειν ὀρθῶς ἅπαντά ἐστι, μηδὲν οἴεσθαι πρότερον γινώσκειν πρὶν μαθεῖν,

Recte

Rectè probandi omnia principium eſt, ut nè quid antea nos tenere putemus quàm cognoverimus.

Negligitur & πρὶν ac πρότερον cùm ἢ ponitur: ut, Athenodorus ad Cæſarem Auguſtum apud Plutarch. Ὅταν ὀργιζῇς, Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτόν, *Cùm iratus fueris, Cæſar, nihil neque dixeris neque feceris priuſquam viginti quatuor literas tecum ipſe percurreris.*

Gaudet etiam πρὶν optativo & conjunctivo, vel ſimpliciter, vel intercedente ἄν vel ἤ.

Conjungitur etiam cum particula μὴ præcedente οὐ: ut, Ariſtot. lib. 3. Animal. Οὐ γίνεται γάλα, πρὶν μὴ ἔγκυον γένηται, οὐδενὶ τῶν ζώων, *Nulli animantium lac fieri ſolet priuſquam uterum ferat.*

REG. 9.

Adverbia præpoſitionum naturam habentia genitivum adſciſcunt. Sunt autem; Ἄνδα, δίκα, χωρὶς, ἄτερ, ἔξω, ἔναντι, ἐναντίον, ἐνώπιον, μίχθα, ἄχρι, εἵνεκεν, ἕνεκα, χάριν, ἐντὸς, ἐγγύθι, προπάροιθεν, πόρρω, ἐκτὸς, ἔκτοθεν, πλὴν, ἐγγὺς, ἐμπροσθεν, μεταξὺ, & ſimilia.

¶ Ἄνδα.

Procop. Οὔτε συμπόσιον ἄνευ ὁμονοίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει, *Neque convivium ſine concordia, neque divitiæ ſine virtute delectant.*

¶ Δίκα.

Cyrill. Τραχεῖα ἡ ἀρετὴ, καὶ ὄρθιος ὄιμος ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ταύτην δίκα πόνου μακροῦ, *Aſpera virtus eſt, & acclivis ad ipſam via: nec eam quis abſque longo labore ſibi comparabit.*

¶ Χωρίς.

Chryſoſt. Οὐδὲν ὄφελος ἀγάπης πίστεως χωρὶς, μᾶλλον δ' οὐδ' ἂν γένοιτο ἀγάπη ἑτέρως, *Nulla utilitas eſt dilectionis ſine fide: imò nè inchoari poteſt dilectio, niſi prælucente fide.*

¶ Ἔξω.

¶ Ἔξω.

Æſchyl. in Prometh. Ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, παραινεῖν, νουθετεῖν (τυτθὸν παρηγορεῖν) τοὺς κακῶς πεφασγοντας, *Facile eſt ei qui pedem habet extra calamitates, hortari, monere, conſolari verſantes in miſeriis.*

Ἄτερ. Heſiod.

Τέρπονθ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκποθεν ἁπάντων
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων.

Delectabantur convivijs extra omnia mala, & ſine doloribus.

¶ Ἐναντι.

Sirach. 10. Μισητὴ ἐναντι Κυρίου καὶ ἀνθρώπων ἡ ὑπερηφανία, *Odioſa eſt in conſpectu Dei & hominum ſuperbia.*

¶ Ἐναντίον.

Demoſth. in Phœnip. Ὁ νόμος κελεύει κυρίας εἶναι τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας ἃς ἐναντίον μαρτυρίων ποιήσονται, *Lex ratas habet promiſſiones teſtibus præſentibus factas.*

¶ Ἐνώπιον.

Luc. 16. Τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *Quod inter homines excelſum eſt, id abominatio eſt coram Deo.*

¶ Μέχει.

Gellius, de Pericle; Δεῖ με συμπεράπειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχει βωμοῦ, *Oportet me commodare amicis, ſed uſque ad aras.*

¶ Ἄχει.

Poſidippus; Οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν ἀνθρωπος ὤν, οὐδὲ ἄχει τέλος ἔμεινεν εὐτυχῶν, *Nullus hominum vitam ſine dolore tranſegit, neque fortunatus ad finem uſque manſit.* Ἄχει κόρε, *Ad ſatietatem uſque.* Sed μέχει & ἄχει vel ἄχεις ſine caſu cum verbo indicativo, ſubjunctivo vel infinitivo conſtruuntur, & ſignificant *Donec.* Junguntur etiam adverbiis: ut, μέχει νῦν *uſque ad hoc tempus.*

¶ Ἕνεκα.

¶ Εἵνεκα. Pythag.

Μήδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.
Ne oderis amicum tuum levis delicti causâ.

¶ Ἕνεκεν.

Isocrat. pro Nicia; Δῆλον ὅτι πάντες κέρδους ἕνεκεν ἀδικεῖσι, *Manifestum est, neminem non lucri causâ injustè agere.*

Demosth. contr. Leocr. Δύο ὄντ', ὧν ἕνεκα πάντες πίθενται οἱ νόμοι· τό τε μηδένα μηδὲν ὧν μὴ δίκαιόν ἐστι, ποιεῖν, καὶ τὸ τοὺς ἀδικοῦντας ταῦτα κολαζομένους βελτίους τοὺς ἄλλους ποιεῖν, *Duæ res sunt propter quas omnes feruntur leges: ut nè quisquam injusti aliquid agat; & ut iis qui jus violarunt punitis, alii meliores reddantur.*

¶ Ἐντός.

Phocion; Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις, *Hoc tibi persuasum sit, tuam non esse possessionem, quam in animo non habeas.*

Dicitur etiam ἐντὸς de Tempore: ut, Ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, *Intra viginti dies.* Ἐντὸς τεσσάρων ἐνιαυτῶν, *Intra quatuor annos.*

¶ Ἐγγύθι. Hesiod.

Τὸν δ' μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει
Hunc autem præcipuè invites ad convivium, qui propè te habitat, id est, vicinum tuum.

¶ Προπάροιθεν. Idem;

Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. *Dii sudorem posuerunt ante virtutem.*

¶ Πόρρω.

Aristot. Οὐ πόρρω τῷ ἀναμαρτήτῳ καθίζειν ἑαυτὸν, ὁ τὸ ἁμαρτηθὲν ὀφειλῶς ὁμολογήσας, *Non multùm ab innocente differt, qui peccatum ut decet fatetur.*

¶ Ἐκτός.

Pythag. Ἐκτὸς λεωφόρε μὴ βαδίζειν, *Extra viam publicam nè ingrediaris.*

¶ Μεταξύ. Proverb.

Πολλὰ μεταξὺ πίλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρε.
Multa cadunt inter calicem supremáque labra.

¶ Πλήν.

¶ Πλήν.

Isocrat. Τοῖς πλείσταις ὀλίγου ἄλλο μέλει πλὴν τοῦ χρηματίζεσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων, *Pleriſque nihil magis curæ eſt quàm ut pecuniam colligant ab hominibus.*

Sed πλὴν invenies etiam cum nominativo, dativo & accuſativo, (prout id caſus vel verbum proximè præcedens requirit) item cum verbis eleganter conſtrui: ut,

Isocrat. de Pace; Ταῖς ψυχαῖς χαλεπαὶς πονηρῶν ἐπιθυμιῶν ὀλίγον ἔστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν, *Illis qui pravis cupiditatibus dediti ſunt remedium aliud adhiberi non poteſt, niſi ut peccata eorum reprehendantur.* Ariſtoph. Οὐ θέμις πλὴν τοῖς σοφοῖς λέγειν, *Non convenit, niſi ſapientibus, dicere.* Σωκράτης ᾤετο μηδὲν εἰδέναι, πλὴν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι μηδὲν ὅδιον· τοὺς δὲ λοιποὺς μηδὲ τοῦτο εἰδέναι, *Socrates exiſtimabat nihil ſe ſcire, præter hoc unum, quòd nihil ſciret: reliquos verò nè hoc quidem ſcire.* Demoſth. in Cherſon. Οὐκ ἔστιν νομίζω τοῦ συμβουλεύοντος ἔργον ὀλίγον, πλὴν εἰπεῖν τὰ βέλτιστα, *Conſiliarii nullum officium aliud eſſe iudico, quàm ea dicere quæ maximè profutura ſunt.* Isocrat. Ὁρῶ τοὺς πλείστους μηδενὸς ἄλλου φροντίζοντας, πλὴν ὅτι ἂν ὑπολάβωσιν ὠφέλιμον αὐτοῖς εἶναι, *Video pleroſque aliud nihil curare, niſi quod ſibi utile eſſe exiſtimant.* Idem, ad Demon. Περὶ τῶν ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶσθαι σοί τε λέγοντι κἀκείνοις τοῖς ἀκούσι, *Arcana nemini dicas, niſi & tibi pariter & audientibus conferat hæc reticeri.* Idem, in Panath. Οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων βλέπουσιν εἰς ὀλίγον ἄλλο, πλὴν ὅπως πλεῖστα τῶν ἀλλοτρίων καταφάγωσι, *Multi homines nihil aliud ſpectant, niſi ut plurima ex rebus alienis occupent.* Demoſth. Olynth. 3. Τίς ἂν ἑαυτὸν εἰς φανερὸν κακὸν ἐμβάλοι, πλὴν εἰ μή τις παντάπασιν ἀπορῶν μωρὸς ὄφις *Quis ſemetipſum in evidens periculum conjiceret, niſi fortè aliquis planè deſperatus?*

Particulam πλὴν ſequitur etiam præpoſitio cum ſuo caſu; ut, Demoſth. in Dimarch. Αἱ πόλεις τότε μὲν οὐ, τότε

τότε ἡ φιλος πρεσβεσι παρ' ὑυδὲν ἄλλο, πλὴν περὶ τοῦ συμβόλες, *Quòd urbes aliàs ſecundis aliàs adverſis rebus utuntur, nulla alia de cauſa fit, quàm propter ſenatores.*

Significat quandoque *verùm*, & *veruntamen*: ut, Matth. 26. Παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν ὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, *Tranſeat à me calix hic: veruntamen non ut ego volo.*

REG. 10.

Adverbia Optandi αἴθε, εἴθε, nunc cum indicativo, nunc cum optativo conſtruuntur: ut, Αἴθε γράφοιμι, *Utinam ſcriberem.* Εἴθε ἔγρα-ψα, *Utinam ſcripſiſſem.*

Jungitur εἴθε etiam cum accuſativo & infinitivo: ut, Phocyl.

Εἰθέ σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα πολεινόν.

Utinam non eſſes mortalibus deſiderabile malum. Loquitur de pecunia.

Præponuntur etiam hæ optativæ particulæ, αἴθε, εἴθε & ὡς, præterito imperfecto ὤφειλον ſive ὄφλον, & aoriſto ſecundo ὤφελον ſive ὄφελον vel Ionicè ὤφελλον, ſequente infinitivo: ut,

Αἰθ' ὄφελον ἄγαμός τε μίμνειν, ἄγονός τε γένεσθαι.

O utinam aut cœlebs eſſem, aut prole carerem.

Hunc verſum Cæſar Auguſtus ſæpè uſurpare ſolitus eſt, filiæ & neptis turpitudinem deteſtans. Iliad. 3.

Ἦλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι.

Veniſti ex pugna; utinam ibi periſſes. Sunt verba Helenæ ad Paridem. Ibid.

Αἰθ' ὄφελές τ' ἄγονός τ' ἔμμεναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι.

Utinam aut natus non eſſes, aut periiſſes ante matrimonium. Sunt verba Hectoris Paridem objurgantis.

Interdum ἐυκτικῶς illæ particulæ omittuntur: ut, Galat. 3. Ὄφελον ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς, *Utinam amputentur qui turbant vos.*

REG. 11.

Adverbia Qualitatis, ut εὖ, & quæ à nominibus derivata ſunt, eleganter conſtruuntur cum his verbis, ἔχω, διάκει-

διάκειμαι, πρᾴῶς, πνίγω, πνίχω, διατίθεμαι, & similibus: ut, Κακῶς ἔχω, vel διάκειμαι, *Malè affectus sum.* Chryſoſt. Μᾶλλον ἄξιον ὀργίλως ἔχειν τῆς μετ' εὐποιΐας πονηρῆς, ἢ τῆς μετ' εὐφείας, *Illis qui in opulentia improbi ſunt, multò gravius iraſcendum eſt, quàm qui in paupertate.* Iſocrat. Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις, *Omnibus ſis jucundus & gratus, utere verò tantùm familiariter bonis.* Ἀδυνάτως ἔχω, *Non poſſum.* Chryſoſt. Χρὴ ὑπαρκῶς πρὸς τὰ ἴδια ἔχειν, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, *Oportet unumquemque ſuâ ſorte contentum eſſe, & Deo gratias agere.* Idem; Πρὸς τοὺς ὀνειδίζοντας καὶ νουθετοῦντας οἱ ἀγόμενοι διάκειν δυσκόλως, *Stulti erga objurgatores & admonitores malè affecti ſunt.* Demoſth. Ἄξιον τοὺς εὖ πράττοντας καὶ εὖ ποιεῖν τοὺς ἥττον ἔχοντας, *Juſtum eſt ut qui proſpero fortunæ flatu utuntur, beneficì ſint in eos qui deteriore conditione ſunt.* Ubi nota adverbium ἥττον comparativi gradûs. Iſocrat. Πολλάκις οἱ νικήσαντες δυσὶν βέλτιον πράττουσι τῶν ἡττηθέντων, *Sæpe victores non ſunt meliore conditione quàm victi.* Demoſth. Πολλάκις οἱ κακῶς πράττοντες ἄμεινον βουλεύονται περὶ τῶν πραγμάτων ἢ πράττοντες εὖ, *Sæpe calamitoſi rectiùs quàm fortunati rebus ſuis conſulunt.*

Εὖ ποιεῖν, *Beneficia conferre*; Εὖ πάσχειν, *Beneficia accipere.* Demoſth. Ἐγὼ νομίζω μὲν τὸν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι πάντα χρόνον· τὸν δ' εὖ ποιήσαντα, οὐδὲ ὑπομεμνῆσθαι, *Officia meminiſſe debet is in quem collata ſunt; non commemorare, is qui contulit.* Iſocrat. Πολλοὶ οὐδ' ὅταν δὲ πάσχωσι, χάριν ἴσασι, *Multi nè quidem cùm beneficiis ornantur grati ſunt.* Idem; Οἱ ἄνθρωποι χαλεπώτατα διατίθενται πρὸς ὀνειδίζοντας, *Homines iniquo animo ferunt eos à quibus objurgantur.* Hìc χαλεπώτατον adverbium eſt ſuperlativi gradûs.

Obiter hìc obſervetur, verbum ἔχειν hoc modo cum adverbiis animi aut corporis affectionem ſignificantibus, Latinè unâ voce ſæpe reddi, ſæpe etiam vim verbi ſubſtantivi habere: ut, Ἡδέως ἔχειν, *Jucundum eſſe, Gratum eſſe*, non *Gratè* aut *jucundè ſe habere.* Sic, Πῶς ἔχεις πρὸς

τὸν

τὸν ἀδελφόν; Latini non per *habeut* reddunt, ſed, *Quo animo, mente, voluntate es in*, aut *erga fratrem?* etiam, *Quomodo affectus es erga fratrem?*

APPEND.

Aliquando verbo ἔχω additur genitivus ejus quod afficitur: ut, Οὕτως ἔχω τῆς φύσεως, *Tali naturâ præditus ſum*; Οὕτως ἔχω τὸ γένος, *Tale eſt meum genus*; Οὕτως ἔχω γνώμης, *Sic animo affectus ſum*; *Sic ſentio.* Demoſth. Conc. Exord. Μὴ πάντ' ἀεὶ, ὡς ἕκαστος ἔχει γνώμης περὶ τῶν πραγμάτων, ὀρθῶς ἐγνωκέναι πεπείσθω, *Non unuſquiſque quæ de rebus ſentit, ea omnia ſe ſemper rectè ſentire perſuaſum habeat.*

Jungitur etiam ἔχω adverbio, ſequente accuſativo: ut, Εὖ ἔχω τὸ σῶμα, *Sum bonâ valetudine*; Κακῶς ἔχω τὸ σῶμα, *Malè valeo*, per Synecdochen; vel ſubaudiatur præpoſitio κατά.

Interdum caſus non additur, ſed dicitur ſimpliciter, Κακῶς ἔχω, vel, Μαλακῶς ἔχω, *Malè habeo*, &c.

Loco verbi ἔχω invenias etiam præteritum perfectum πέφυκα uſurpari: ut, Demoſth. 3. Olynth. Ὃ βέλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται. τὰ πράγματα πολλάκις οὐχ ὕπερ πέφυκε, *Quod quiſque vult, id etiam ſibi fingit. Sæpe autem natura rerum aliter ſe habet.*

REG. 12.

De Negativis.

Duæ negationes apud Græcos vehementiùs negant: ut, Eurip. in Helena; Σώφρονι ἀπιστίᾳ οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον, *Sapiente diffidentiâ nihil utilius eſt hominibus.* Demoſth. cont. Callic. Οὐκ ἔστιν ἄλλο χαλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν, *Nihil proſectò moleſtius eſt, quàm in vicinum improbum & avarum incidere.*

Duæ negationes οὐ, μὴ, item tres hæ, οὐδὲ, οὐ, μὴ, ferè cum conjunctivo conſtruuntur: ut, Luc. 12. Ὁ οὐρανὸς

νὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι, *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Matth. 24. Ἔσται τότε θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται, *Erit tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque ad hoc tempus, neque futura est.*

APPEND.

Posterior illa negativa vox οὐδὲν vel μηδὲν, item οὐδεὶς vel μηδεὶς, sæpe æquipollet particulæ *quicquam* vel *quisquam* apud Latinos: ut, Johann. 15. Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, *Sine me non potestis facere quicquam.* Demosth. de Pace; Μή μοι ἐμποδίσῃ μηδεὶς, πρὶν ἂν ἀκούσῃ, *Non mihi obstrepat quisquam antequam me audiverit.* Idem; Οὐδὲ γὰρ τῶν φευγόντων οὐδεὶς ἑαυτὸν κατηγορεῖ, *Neque illorum qui in bello fugiunt, quisquam seipsum accusat.*

REG. 13.

Adverbia, sive sola ponantur sive cum alio nomine, vestita articulo, habentur pro nominibus: ut, Arist. Eth. 2. Ὁ μὴ μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, *Qui paululum à recto digreditur, non est reprehendendus.* Demosth. 2. Olynth. Ὥσπερ οἰκίας, καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἐρρωμένστατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει, *Ut ædium, aut navigii, aut alterius ædificii fundamenta firmissima esse oportet; ità negotiorum causæ debent esse veræ & justæ.* Basil. Οὐ δεῖ χρόνον ἀναβάλλειν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ διορθώσει, διὰ τὸ ἀσφαλὲς μὴ ἔχειν περὶ τοῦ αὔριον. πολλοὶ γὰρ πολλὰ βουλευσάμενοι, τοῦ αὔριον οὐ κατέλαβον, *In emendatione vitæ non est procrastinandum tempus, ideo quòd de crastino die nihil certi habemus. multi enim varia consilia agitantes, diem crastinum non attigerunt.* Aristot. Eth. 1. Ἡ ἀείζωη εὐδαιμονία φαίνεται τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν περιδιομένη, *Optima felici-*

citas bonis externis indigere videtur. Clemens; Φοβηθῶμεν ἐγὼ νόσον τινὰ ἔξωθεν, ἀλλ' ἁμαρτήματα, δι' ἃ ἡ νόσος, *Timeamus non morbum externum, sed peccata, quæ morbi causæ sunt.* Virg. 1. Æneid.

Neque ignari sumus antè malorum.

pro *pristinorum malorum.* Græcè, οὐδ' ἀδαήμονες τῶν πρὶν κακῶν.

REG. 14.

Adverbia hæc Similitudinis se mutuò in oratione sequuntur:

Οὕτως & ὡς.

Nazianz. Οὐδὲν οὕτως εὐφραίνειν ἡμᾶς εἴωθεν, ὡς τὸ συνειδὸς καθαρὸν, καὶ ἐλπίδες ἀγαθαί, *Nihil tam nos exhilarare solet quàm bona conscientia & bona spes.*

Ὡς & Οὕτω.

Basil. Ὡς τὰς μελίσσας καπνὸς φυγαδεύει, οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ δυσώδης ἀφίησιν ἁμαρτία, *Ut fumus apes, sic putridum peccatum angelum vitæ nostræ custodem repellit.*

Ὥσπερ & οὕτω.

Plutarch. Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα, οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες εὖ, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἐπιμάζουσι βοηθήματα, *Quemadmodum qui cœlo sereno navigant, instrumenta etiam adversùs tempestates parata habent; ità qui in læta fortuna rectè sapiunt, præsidium quoque adversùs infortunia comparant.*

Καθάπερ & οὕτω.

Chrysost. Φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς ὄντι καὶ ἐλεήμων· καὶ καθάπερ ἡ ὠδίνουσα ὀδυνᾶται τεκεῖν, οὕτω καὶ αὐτὸς ὀδυνᾶται τὸν ἔλεον ἐκχεῖν τὸν ἑαυτοῦ, *Deus amore & misericordiâ homines prosequitur: Et quemadmodum mulier parturiens parere desiderat, sic & ipse cupit misericordiam suam effundere.*

Ὡς

Ὡς & ὡσαύτως.

Socrates ; Ψίθυρον καὶ διάβολον ἄνδρα μὴ παραδέχου· ὡς γὰρ τὰ τῶν ἄλλων ἀπόῤῥητα ἀπεκάλυψέ σοι, ὡσαύτως καὶ τὰ ὑπό σου λεχθέντα ἑτέροις ἀναθήσει, *Garrulum & calumniatorem nè admittas: Ut enim aliorum arcana tibi detexit, ità quæ tu dixeris, aliis revelabit.*

Ὁμοίως & ὥσπερ.

Isocrat. de Pace ; Πρέπειν μὲν ἡμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ κοινῶν, ὥσπερ τῶν ἰδίων μελέτᾶν, *Decet nos ità publica curare negotia ut privata.*

Παραπλήσιον & ὥσπερ.

Isocrat. ad Demon. Παραπλήσιον οἱ τοῖς ὑπάρχουσι χρῆσθαι μὴ δυνάμενοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν κακῶς ἱππεύειν ὀκνοῖμεν, *Illis qui bonis partis uti nesciunt, idem ferè accidit, quod ei qui pulchrum equum alit, cùm equitare nesciat.*

Ὥσπερ & ὡσαύτως.

Demosth. contra Aristog. Ὥσπερ ὅταν μὲν τῶν ναυτῶν τις ἁμάρτῃ, βεβαχεῖαν τὴν βλάβην ἤνεγκεν, ὅταν δ' ὁ κυβερνήτης διασφαλῇ, κοινῇ τὴν ἀτυχίαν ἅπασι τοῖς συμπλέουσι κατεσκεύασεν· ὡσαύτως τὰ μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἁμαρτήματα εἰς αὐτοὺς μόνους ἤνεγκε τὰς βλάβας, τὰ δὲ τῶν ἀρχόντων καὶ πολιτευομένων, εἰς ἅπαντας ἀφικνεῖται, *Ut si quis nautarum deliquerit, parvum est damnum; sin autem gubernator aberrarit, communi calamitate vectores omnes involvit: sic & plebeiorum peccata in ipsorum tantùm damnum cedunt; at magistratuum & rempublicam gubernantium, pertinent ad universos.*

Ὡσεὶ & ὅτω.

Psal. 103. Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει, *Homo, sicut fœnum dies ejus. tanquam flos agri, sic efflorebit.*

In collationibus sæpe altera correlationis particula omittitur: ut, Aristot. Ὥσπερ ἐν τῷ φλέγματι, καὶ ἐν

τῷ σπέρματι, *Ut in pituita, ità etiam in semine.* Matth. 6. Γενηθήτω τὸ θέλημά σε, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.* pro ὅτως καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Johann. 20. Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, *Sicut me miſit pater, ità & ego mitto vos.* Socrat. Οὐδὲν ἐν τῷ βίῳ τάχιστα γηράσκει, ὡς ἡ χάρις, *Nihil in vita ità citò ſeneſcit ut gratia.* pro οὐδὲν ὅτως ἐν τῷ βίῳ, &c.

Idem fit in comparativorum conſtructione, ubi particulæ τόσῳ, τοσούτῳ, aut ſimiles negliguntur: ut, Ariſt. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁπόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις, ὕλην ὑποβαλὼν τῇ κακοχυμίᾳ, *Corpora non pura quò magis nutriveris, eò magis læſes, materiam ſuggerens corruptis humoribus.* μᾶλλον βλάψεις, pro τοσούτῳ μᾶλλον βλάψεις. Idem; Ὁ ἀνδρεῖος, ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται, *Vir fortis, quò magis omni virtute inſtructus eſt, eò moleſtiùs mortem perferet.*

Adverbia Loci.

Ὅπου & ἐκεῖ, vel ἐνταῦθα.

Matth. 6. Ὅπου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν, *Ubi eſt theſaurus veſter, illic erit & cor veſtrum.* Chryſoſt. Ὅπου πλείων ὁ πόνος, ἐκεῖ μείζων ἡ ἡδονή, *Ubi major labor, ibi major voluptas.* Plutarch. in Pædag. Ὅπου γέροντές εἰσιν ἀναίσχυντοι, ἐνταῦθα ἀνάγκη καὶ νέους ἀναιδεστάτους εἶναι, *Ubi ſenes inverecundi ſunt, ibi juvenes impudentiſſimos eſſe neceſſe eſt.*

Nonnunquam ἐκεῖ vel ἐνταῦθα diſſimulantur: ut, Demoſth. contra Cteſiph. Ὅπου ἡ εὐκοσμία μάλιστα ἐγγίγνεται, αἵ τε πόλεις ἄριστα διοικοῦνται, αἵ τε κρίσεις ἐλάχισται γίγνονται, *Ubi bona diſciplina ſervatur, ibi urbes rectiſſimè reguntur, & contentiones forenſes minuuntur.* Chryſoſt. Ὅπου εὐχὴ καὶ εὐχαριστία, ἀγίου πνεύματος ἐπιφοίτησις γίνεται χάριτος, καὶ φυγαδεύονται δαίμονες, *Ubi oratio*

&

& gratiarum actio est, ibi Spiritûs sancti gratia præstò est, & in fugam vertuntur diaboli. Idem; Ὅπου πλείων κόπος, πολὺ τὸ κέρδος, ubi plurimum laboris est, ibi quoque lucri plurimum. pro, ἐκεῖ πολὺ τὸ κέρδος.

Sic & Temporis adverbia.

Τότε & ὅτε.

Demosth. contr. Theocr. Τότε ἄειρα πράττουσιν αἱ πόλεις, ὅτε μέτριοι καὶ σώφρονες ἄνδρες πολιτεύονται, Tunc maximè florent Respublicæ, cùm à modestis & prudentibus viris reguntur.

Τότε & ὅταν.

Chrysost. Οἱ ἄνθρωποι τότε γίνονται βελτίους, ὅταν Θεῷ προσέρχωνται. ὅμοιον δ' ἔχουσι Θεῷ τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν, Homines tunc fiunt meliores cùm ad Deum accedunt. Habent autem similia Deo, benefacere & verum dicere.

Τότε & ἐπειδάν.

Aristot. Κατὰ Σόλωνα ἄνθρωπός ὄζιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, Solonis sententiâ homo beatus est tum cùm mortem obiit.

Τότε & ἡνίκα.

Demosth. Concion. Οἱ πλεῖστοι τότε αἰσθάνονται ἡμαρτηκότες ἡνίκα οὐδὲ ὅπως αὐτοῖς ὄζι πλέον, Plerique tum demum se errâsse intelligunt, cùm nullum ex agnito errore fructum capere possunt.

Ἐπειδὰν & τηνικαῦτα.

Demosth. Οἱ πλεῖστοι ἐπειδὰν πύθωνταί τι γεγονόμενον, τηνικαῦτα δυσχεραίνουσι καὶ παρασκευάζονται, Plerique cùm quid factum esse audiunt, tum demum consternuntur & se instruunt.

Τηνικαῦτα nonnunquam dissimulatur: ut, Chrysost. Ἄρκτοι μὲν καὶ λύκοι, ἐπειδὰν λάβωσι κόρον τῆς ἁρπαγῆς ἀφίστανται· οἱ δὲ πλεονέκται κόρον οὐκ ἔχουσι,

Ursi & lupi, cùm saturati sunt, tunc rapinam relinquunt; avaris autem nulla est satietas.

Sed quæ adverbia præterea sibi in oratione respondeant, Græcæ linguæ studiosi in bonorum autorum lectione observabunt.

De Conjunctione.

ΕΙ, ΕΑΝ, ΗΝ.

ΕΙ cum indicativo & optativo; ἐὰν, ἤν sæpius cum conjunctivo construuntur: ut, Solon, apud Laert. Εἴ τις μὴ θρέψει γονεῖς, ἄτιμος ἔστω, *Si quis parentes suos non alit, infamis esto.* Demetr. apud Stob. Εἴ τις ὑπερβάλλει τὸ μέτριον, ὑπερηφίσματα ἀτερπίσματα ἂν γίγνοιτο, *Si quis modum excedit, jucundissima quæque injucundissima fiunt.* Chrysost. Ἐὰν μηδὲν ἔχῃς ἐνεγκεῖν τῷ ἀσθενοῦντι διὰ τὴν πενίαν, σαυτὸν εἰσάγε, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων αὐτῶν παραμυθίαν προσένεγκε· ἔτω γὰρ κἀκεῖνος ἐν ἐκείνῃ ἀκούσῃ τῇ ἡμέρᾳ, Ἀσθενὴς ἤμην, καὶ ἐπεσκέψασθέ με, *Si per inopiam nihil tibi sit quod afferas ægroto, teipsum ei exhibe, & verborum consolationem affer: sic enim audies in illa die, Infirmus eram & visitastis me.*

Particula εἰ in jurando vim habet negantis: ut, Psal. 94. Ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς κατάπαυσίν μου, *Juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam.* id est, *Non introibunt.* Marc. 8. Εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον, *Si dabitur generationi huic signum.* id est, *Non dabitur.*

Εἰ quando *an, num,* vel *utrùm* significat, indicativum vel optativum adsciscit: ut, Isocrat. Τινὲς ἐκείνους ἐυλογοῦσιν, οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασι, *Quidam illos laudant quos non sciunt an exstiterint.* Plutarch. Διονύσιος πρὸς τὸν πυθόμενον εἰ σχολάζοι, Μηδέποτε, εἶπεν, ἐμοὶ τοῦτο συμβαίη, *Dionysius ad interrogantem an otiosus esset, dixit, Nunquam hoc mihi eveniat.*

Sic

Sic Terentius, *Visam si domi est.* item, *Estne ea intus? si sit, rogas.*

¶ Κἂν.

Κἂν, Ἐτσι, *licet*, gaudet conjunctivo: ut, Synes. Ὁι πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων, κἂν χρηστότητά τινα ἐπαγγέλωνται, διὰ τὸν τρόπον ὑ πιστεύονται, *Pravi homines, etiamsi bonitatem quandam pollicentur, tamen propter mores ipsis fides non habetur.* Sextus; Ὁ διαβολῶν φίλον μὴ εὐδοκιμείτω, κἂν ἀληθῆ λέγῃ, *Qui criminatur amicum, non laudetur, etiamsi vera dicat.*

APPEND.

Latini post *etsi*, *quanquam*, & similes voces, plerunque ponunt adversativam *tamen*, quam Græci sæpe negligunt: ut, Philo; Εἰρήνη κἂν ἡ σφόδρα ἐπιζήμιος, λυσιτελεστέρα πολέμου, *Pax, etsi cum aliquo incommodo conjuncta est, tamen est utilior bello.* Leucippus; Τὰ ἡδέα, κἂν μήπω παρῇ, τέρπει τοὺς ἐλπίσι, *Quæ jucunda sunt, licèt nondum adsint præsentia, spe tamen delectant.*

Sic & ἂν pro *si* conjunctivum adscisit: ut, Demosth. Ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι καὶ κενὸν φαίνεται, *Omnis oratio, cui nulla res subest, inane quiddam & irridendum videtur.* Epict. Ἂν γὰρ δύναμιν ἀναλάβῃς τὴν πρέπουσαν, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ἣν δύνασο ἐκπλῆρῶσαι, παρέλιπες, *Si quam personam indueris quæ vires tuas superat, tunc eam indecorè geris, & eam quam sustinere posses, negliges.* Isocrat. Εὖ σοὶ τὸ μέλλον ἔξει, ἂν τὸ παρὸν εὖ πράξῃς, *Bene tibi futura evenient, si præsentia bene disposueris.*

Ἂν cum significat Potentiam, omnibus gaudet temporibus & modis, optativo tamen & conjunctivo præcipué: ut, Οὐκ ἂν γράφοις, *Non scriberes*, vel, *Non posses scribere.*

Cùm accipitur indefinitè, plerunq; ponitur cum subjectivo: ut, Ὅ,τι ἂν λέγῃς, *quodcunq; dicas.* Arist. Τοῖς φιλοσοφίας κοινω-

κοινωνήσασι τιμὴ ἰσόῤῥοπος οὐκ ἂν γένοιτο, *Præceptoribus qui veram ſapientiam nobis impertiunt, non poteſt par honor & pretium à nobis referri.* Demoſth. in Amat. Ὁ δίκαιος ἐρασὴς οὔτ' ἂν ποιήσειεν οὐδὲν αἰσχρὸν, οὔτ' ἀξιώσειεν, *Ingenuus amator neque facturus eſt turpe quidquam neque petiturus.* Idem; Ὁ νόμος κελεύει κύρια εἶναι, ὅ,τι ἂν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ, *Lex jubet eſſe rata, quæ alius cum alio pepegerit.* Idem, contr. Ariſtog. Νομίζω οὐδένα πώποτ' ἀγαθὰ ἂν κτήσασθαι, δι' ὃν τοῖς δικασταῖς περιέστηκε ἐπιορκῆσαι, *Non exiſtimo cujuſquam hominis tantum poſſe eſſe beneficium, propter quem ſit judicibus jusjurandi violanda religio.*

Ἂν habet etiam locum in diviſionibus: ut, Chryſoſt. Δεῖ· ἢ τῷ θανάτῳ χαίρειν, ἂν μὲν νέος, ὅπως ταχέως ἀπαλλάγῃ τῶν ἐν μέσῳ κακῶν· ἂν ᾖ πρεσβύτερος, ὅπως ὁ δοκεῖ πόθεινὸν εἶναι, τοῦτο μὴ κόρος λαβὼν ἀπῆλθεν, *Gaudendum eſt morte, ſive juvenis, quòd ſtatim liberatus ſit hujus vitæ malis; ſive ſenex, quòd rebus quæ in vita optanda videntur, ad ſatietatem uſque fruitus obierit.*

Ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὥστε, ὅπως, μὴ, in re præſenti aut futura ferè conjunctivum aut optativum, in re autem præterita aliquando indicativum adſciſcunt: ut, Solon; Τιῶ κὴ θυγατρὶ μὴ περιμεδιάσῃς, ἵνα μὴ ὕστερον δακρύσῃς, *Liberis tuis nè arrideas, nè in poſterum flcas.* Heſiod.

Ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρά σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ. *Labora, Perſe, divina proles, ut fames odio te habeat.* Phocylid.

Ἐργάζευ, μόχθων ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς. *Labora, ut ex propriis bonis vivas.* Pythag.

Βουλεύου πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλησαι. *Deliberes ante factum, ut non ſtulta ſint*, ſcilicet, *quæ facturus es.* Xenoph. Ἔστι καλὸν μάχεσθαι, ὅπως μή τις δοῦλος μέλλοι γενήσεσθαι, *Pugnare pulchrum eſt, nè quis ſervus aliquando futurus ſit.*

Interdum conjunctiones illæ cauſales omittuntur: ut, Matth. 8. Ὅρα μηδενὶ εἴπῃς, *Vide ut nemini dicas.* Lucian. Βούλῃ ἀφέλωμαί σου τῶν ὀφρύων; *Vis ut auferam aliquid de ſupercilio?*

Ὡς

Ὡς, ὥστε, pro *ut*, etiam cum infinitivo conſtruuntur, qui per conjunctivum Latinè reddendus eſt: Accuſativus autem ſi addatur nominativi vim habet, ut ſuprà Reg. 2. de Infinitivis dictum eſt.

Ὅταν, ὁπόταν.

Ἐπὰν, ἐπειδάν.

Ὅταν, ὁπόταν, *Quando*, *Siquando*; ἐπὰν, ἐπειδὰν, *Poſtquam*, *Sicubi*, conjunctivo, gaudent potiſſimùm: ut, Chryſoſt. Καιρὸς ἀθυμίας, οὐχ ὅταν πάσχωμεν κακῶς, ἀλλ' ὅταν δρῶμεν κακῶς, *Mœrendi tempus eſt, non cùm injuriam patimur, ſed cùm injuriam facimus.*

Demoſth. Οἱ νῦν ἔχοντες ἴσασιν οὐκ ἀπολλύοντες, ὅταν τι εἰς τὸ κοινὸν δαπανήσωσι, *Prudentes viri ſciunt ſe non perdere quod in rempublicam conferunt.* Philemon; Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα, *Inſanimus omnes, quando irati ſumus.*

Demoſth. de Rhodio liberto; Χαίρομεν ὅταν τὶς ἐπαιτῇ τοὺς πεςγόνας ἡμῶν, καὶ τὰ πεπραγμένα ἐκείνοις διεξίῃ, *Majores noſtros & præclara eorum facinora quando quis prædicat, voluptate quâdam afficimur.* Epicharm. Δεῖ σιγᾶν, ὅταν παρέωσι κἄρρονες, *Tacendum eſt, cùm adſunt præſtantiores.*

Invenies etiam his, quamvis rariùs, indicativum adjici. Ut autem ἐπὰν & ἐπειδὰν conjunctivo gaudent, ità ἐπεὶ & ἐπειδὴ, *Poſtquam*, cum indicativo junguntur. Exempla paſſim obvia ſunt.

¶ ὍΤΙ.

Ὅτι, *quòd*, gaudet indicativo & optativo: ut, Pſal. 25. Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσι, *Reminiſcere miſerationum tuarum, Domine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſeculo ſunt.* Iſocrat. Ὅτι δύναιτο, ῥᾴδιον καταμαθεῖν, *Quòd poſſit, facilè intelligi poteſt.* Ἠγγέλλετο ὅτι γένοιτο, καὶ εἴη, καὶ ἔσοιτο, *Nunciabat quòd fieret, & eſſet, & erit.*

Jungitur quandoque intendendi gratiâ ſuperlativis: ut, Ὅτε πλεῖστον, *Quàm plurimùm*; Ὅτι μάλιστα, *Quàm maximè.*

Ὅτι

Ὅτι sæpe vacat & superfluè ponitur, cùm verba alicujus citantur: ut, Johan. 3. Καὶ ὡμολόγησεν, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός, *Et confessus est, inquiens, Non sum ego Christus.* Johan. 4. Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Καλῶς εἶπας ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω, *Et dicit ei Jesus, Bene dixisti, Virum non habeo.* repetit enim verba mulieris Samaritanæ. Quòd si hîc ὅτι non additum esset, nihil significaret aliud quàm rectè dixisse Samaritanam quòd Christus virum non haberet.

APPEND.

1. Nonnunquam ὡς pro ὅτι ponitur: ut, Λέγεις ὡς καλός εἰμι, *Dicis quòd ego sim formosus.*

2. Notandum quod ὅτι aliquando est conjunctio collectiva seu rationalis, & significat *Ideo* vel *Propterea*: ut, Luc. 7. Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ, *Remissa sunt peccata ejus multa, ideo* (seu *propterea*) *dilexit multùm.* Sic 1. Reg. 2. Καὶ οὐκ ἤκουσαν τῆς φωνῆς τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ὅτι βεβούλωται ἐβούλετο Κύριος διαφθεῖραι αὐτούς, *Et non audierunt vocem patris sui: ideo voluit Dominus perdere eos.*

¶ ΜΕ͂Ν, ΔΕ͂.

Μὲν & δὲ conjunctiones sese in oratione mutuò sequuntur, & altera alteri necessariò respondet: ut, Κωκύουσι τοὺς μὲν γενομένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι, *Caustiani lugent in lucem editos, defunctos autem beatos prædicant.*

Ex hac constructione facilè deprehenditur fanaticus error Anabaptistarum: qui ex Actor. 19. probare conantur, Paulum à Johanne baptizatos rebaptizasse: cùm tamen apertè scribatur, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν· Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, *Johannes quidem baptizavit baptismo pœnitentiæ, populo loquens de eo, qui venturus esset post ipsum, ut crederent,* hoc est, *de Christo Jesu.*

Jesu. His auditis baptizati sunt, scilicet à Johanne & non à Paulo. quia est continuata oratio Pauli, & particula, ἀκούσαντες δὲ, respondet præcedenti, Ἰωάννης μέν. Ex hac igitur serie contextûs perspicuum est, Paulum hos non rebaptizasse, sed tantummodo imposuisse eis manus, ut visibili specie, de qua nihil audierant antea, dona Spiritûs sancti acciperent.

APPEND.

¶ Vocabula Græca Latinis vocibus *cùm* & *tum* respondentia.

1. Conjunctioni μέν respondet *cùm*, δὲ verò *tum*, præsertim quoties quiddam generale antecedit, & speciale sequitur: ut, Demosth. Ἐρωτικ. Πᾶσα μὲν παιδεία δι' ἐπιστήμης καὶ μελέτης πρὸς συνέσιν· ἡ δὲ φιλοσοφία καὶ μᾶλλον τῆς ἄλλων, *Cùm omnis disciplina scientiâ & exercitatione quadam continetur, tum philosophia etiam præ cæteris.*

2. Nonnunquam particulæ δὲ, μάλιστα additur: ut, Demosth. Philip. 2. Ἡ ἀπιστία πᾶσι μὲν ἔστιν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον, μάλιστα δὲ τοῖς πλήθεσι πρόδηλος τυράννοις, *Cùm diffidentia omnibus salutaris est, tum verò maximè prodest civitatibus adversùs tyrannos.*

3. Particulæ δὲ etiam vocem πολὺ cum superlativo additam invenies: ut, Isocrat. Demon. Ἐν πολλοῖς μέν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν ἀπαιδεύτων γνώμας καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας, πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν ἐπιδείξασιν ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις, *Cùm multis locis, Demonice, quantum interstit inter sapientum & stultorum opinionem & voluntates reperire possumus, tum vel eorum maxima dissimilitudo in ea quæ inter ipsos est vitæ conjunctione conspicitur.*

4. Non rarò etiam οὐχ ἥκιστα δὲ, in illo speciali, quod sequitur, juncta inveniuntur: ut,

Demosth. Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν ἔχοι μοι τὴν πρὸς ἅπαντας εὔνοιαν ἣν ἔχω πρὸς τὴν πόλιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι, *Cùm in multis rebus perspici possit,*

teſt, ſingularem eſſe deorum benevolentiam erga hanc urbem, tum in hoc negotio maximé.

Conſtructio intricatior.

Utuntur Græci nonnunquam implicitâ orationis ſtructurâ: ut, Iſocrat. in Archid. Ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας οὐδὲν ὅ, τι τῆς δεινῶν οὐχ ὑπομενητέον, *Nullum eſt periculum, quod non libertatis causâ ſubeundum ſit.* pro, οὐδὲν τῆς δεινῶν ὅ, τι οὐχ ὑπομενητέον. Demoſth. Ἄθλιος ἂν ἦν, εἰ τοιαῦτα παθὼν καὶ πάσχων, ἠμέλουν ὧν περὶ τούτων ἐρεῖν ἔμελλον. pro ἠμέλουν τούτων περὶ ὧν, &c. *Miſer & infelix eſſem, ſi cùm talia & paſſus ſim & patiar, negligerem illa de quibus mihi dicendum erit.* hoc eſt, *Si non paratus & meditatus ad orandum accederem, revera miſer eſſem.* Idem, de falſa legat. Βούλομαι πρὸ πάντων, ὧν μέλλω λέγειν μνημονεύοντας ὑμῶν ἕν ὅσ' ὅτι τοὺς πολλοὺς, ὑπομνῆσαι, *Vos ante omnia, quæ dicturus ſum (licèt id, ut ſatis ſcio, plerique veſtrûm meminerint) commonefaciam.*

Obſervabitur etiam hoc loco, Græcos ſæpe in ſingulari numero efferre quæ apud Latinos pluralis numeri ſint; & contrà: ut, Chryſoſt. Προσευχὴ, ἄμαχον ὅπλον καὶ ἀσφαλὲς φυλακτήριον, *Preces inexpugnabilia arma & tutiſſimum munimentum ſunt.* Menand. Πλοῦτος ἀλόγιστος περιλαβὼν ἐξουσίαν, καὶ τοὺς φρονεῖν δοκοῦντας ἀνοήτους ποιεῖ, *Divitiæ ſtultæ nactæ poteſtatem, illos etiam qui ſapere videntur ſtultos reddunt.* Æſchin. Πολλοὶ ἀποδημήσαντες οὐ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μεταλλάττουσι, *Multi qui peregrinantur, non mores ſed locum tantùm mutant.*

Enallage

Enallage modorum.

1 GRæci, & præcipuè poetæ, ſæpe utuntur Infinitivo loco Imperativi: ut, Heſiod.

Μὴ ἧ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amicus. Phocyl.

Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.

Nè ſtudeas injuſtè diteſcere, ſed ex honeſtè partis vivas.

Poteſt etiam impersonale verbum δεῖ aut ſimile ſubaudiri.

2. Ponitur & Infinitivus loco Conjunctivi, ſed cum particulis πρὶν, ὡς vel ὥστε, ut dictum eſt ſuprá.

3. Per Indicativum Græci dicunt quæ Latini efferunt per Conjunctivum: ut, Chriſtus, Johan. 13. Ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην, *Ego ſcio quos elegerim.* Cyrus apud Plutarch. Ἄρχειν μηδενὶ προσήκει, ὃς οὐδὲ χρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων, *Nemo magiſtratu dignus eſt qui non ſit melior ſuis ſubditis.*

Quod & per Optativum dici poteſt, addito ἂν ſυνηπτικῶς· ut, ὃς οὐδὲ χρείττων ἂν εἴη τῶν ἀρχομένων.

De

De Accentibus seu Tonis.

Accentus seu Toni sunt tres:

- Acutus, in
  - ultima: ut, θεός.
  - penultima: ut, λόγος.
  - antepenultima: ut, ἄνθρωπος.
- Gravis
  - Signatur tantùm in ultima: ut, σοφὸς.
  - Intelligitur in omni syllaba quæ nec acutum nec circumflexum tonum habet.
- Circumflexus in
  - ultima: ut, βοῶ.
  - penultima: ut, βοᾶτε.

Quòd autem in οἶκονδε, οἴκαδε, *domum*, τοῖοσδε, *talis*, & similibus, circumflexus antepenultimam occupat, sciendum est, particulam δε & similes syllabicas tantùm adjectiones esse.

Nulla dictio plures accentus habet quàm unum ex his tribus: quòd si duobus notata fuerit, fit hoc propter encliticam dictionem proximè sequentem, quæ suum tonum in syllabam præcedentem rejecit; ut infrà suo loco docebimus.

REG. 1.

In polysyllabis ultimâ exsistente brevi, antepenultima acuitur; & ultimâ exsistente longâ, penultima acuitur: ut, Ἄνθρωπος, ἄνθρωπον, ἄνθρωπε, ἄνθρώπω, ἀνθρώπῳ, ἀνθρώπων, ἀνθρώποις, ἀνθρώπους. Λέγομαι, λεγέσθω, &c.

EXCIPE

1. Participia præteriti perfecti passivi, quæ in penultima acutum habent, etiamsi ultima brevis sit: ut, τετυμμένος, λελεγμένος.

2. Ἀθεός, ἄπλοος, ἐναντίος, ἀτιμαλέος, & similia.

3. Omnia

3. Omnia Attica accentum in antepenultima habent, licèt ultima longa ſit: ut, Μενέλεως, λέξεως, Νικόλεως.

4. Verbalia in τός: ut, λεκτός, γεγραπτός, &c. Sic & in τέον adverbia, quæ Poſitionis vocantur: ut, πρακτέον, ὀιστέον, ἐλπιστέον.

5. Imperativi à præpoſitione diſſyllaba & voce monoſyllaba compoſiti: ut, κατόδος, redde; διάδος, diſtribue; ἐπίσχες, contine, &c.

6. Compoſita à βάλλω, πολέω, χέω, cum præpoſitione antepenacuuntur: ut, περίβολος, ἀμφίπολος, πρόχους: cum alia verò dictione penacuuntur: ut, ἐκβόλος, ὀνηγεσιπόλις, ἐινοχόος.

7. Participia neutra: ut, ποιῆον, βοᾶον, χρυσοῦν. His adde χαλεπόν.

8. Adverbia ὑγιαίνοντι, ὑγιαίνοντι, ὑγιαίνοντος, & ſimilia penacuuntur. Excipiuntur ὄικοθεν, ἄλλοθεν, πάντοθεν.

9. A mediis præteritis verborum κλείνω, τρέφω compoſita ſignificationis quidem activæ penacuuntur: ut, ξιφοκτόνος, *quī enſe occidit*; λαοτρόφος, *qui populum nutrit:* Paſſivæ verò antepenacuuntur: ut, ξιφόκτονος, *enſe occiſus*; λαότροφος, *à populo nutritus.*

10. Nomina à mediis præteritis verborum πολέω, λέγω, cum nomine compoſita penacuuntur: ut, ὀνειροπόλος, ἀστρολόγος. Similiter & ab aliis præteritis mediis compoſita: ut, παμφάγος, ἀωροφάγος, ἀφυσόεος, ὀυιαβόρος, ὀτοτύκος, ὀικονόμος, ἀστρονόμος, &c. Cum præpoſitione autem compoſita acuunt antepenultimam: ut, πρόπολος, ἀμφίπολος, πρόλογος, &c. Sic illa quæ ex nominibus componuntur: ut, πάμφιλος, μισόθεος, πάνσοφος, &c.

11. Diphthongi *αι οι* finales omnino habentur pro brevibus: ut, μῦσαι, ἄνθρωποι, ſi ſunt in illis quæ naturâ breves ſunt: ut, μῦσαι, ἄνθρωποι.

Excipe adverbium ὄικοι, *domi*, quod penacuitur, ad differentiam nominativi pluralis ὄικοι ab ὄικος, *domus, ædes.* Item Optativos: ut, ποιήσαι, *feciſſet*, nè coincidat cum primo aoriſto infinitivo ποιῆσαι, *feciſſe.* At ποίησαι, *fac*, eſt primus Aoriſtus imperativus medius.

REG.

REG. 2.

Ultima ſi fuerit longa, penultima circumflexa vertitur in acutum: ut, δῆμος, τοῦ δήμου. ἑστῶτες, τῶν ἑστώτων.

REG. 3.

Brevis ante finalem brevem, aut longa ante finalem longam, nunquam circumflectitur, ſed ſemper acuitur: ut, λόγος, ἥρως.

Sic brevis ante finalem longam ſemper acuitur: ut, ἔρως.

REG. 4.

In prima, ſecunda & tertia declinatione ſimplici, ſi nominativus acuitur, genitivi & dativi omnium numerorum circumflectuntur: ut, ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς. Cæteri caſus retinent tonum nominativi.

Sic & μία cum compoſitis ſuis, μηδεμία & οὐδεμία, in genitivo & dativo circumflectuntur, etſi in nominativo penacuuntur: ut, ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν. ἡ μηδεμία, τῆς μηδεμιᾶς, τῇ μηδεμιᾷ, τὴν μηδεμίαν. ἡ οὐδεμία, τῆς οὐδεμιᾶς, &c.

Hîc & quartæ declinationis genitivi diſſyllabi ſingulares, λεώς & νεώς, accuuntur: ut, τοῦ λεώ, τῷ νεώ.

REG. 5.

Genitivus pluralis primæ & ſecundæ declinationis ſimplicis, item adjectivorum fœmininorum à maſculinis quintæ declinationis, ultimam circumflectit: ut, ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν. ἡ μέσα, τῶν μεσῶν. ἡ ἡδεῖα, τῶν ἡδειῶν. ἡ τύπτουσα, τῶν τυπτουσῶν.

EXCIPE.

1. Ὁ χρήστης, τῶν χρήστων, *fœnerator*; ὁ χλένης, τῶν χλένων, *aper*; ὁ ἐτησίας, ἐτησίων, *Eteſias ventus.*

2. Adjectiva fœminina facta à maſculinis tertiæ declinationis,

clinationis, non quintæ: ut, ἅγιος, *ſanctus*; à quo ἁγία, *ſancta*, quod in genitivo plurali ſimilem cum maſculino ſuo retinet accentum, nempe τῶν ἁγίων. Quod autem ab ἅγιος antepenacuto dicimus, ἡ ἁγία, acutâ penultimâ, ſcias α finale longum impedire, quò minùs accentus in antepenultima ponatur. At in nominativo plurali dicimus, αἱ ἅγιαι, velut οἱ ἅγιοι. nam αι habetur pro brevi non aliter quàm οι: ut in 11. Exceptione primæ Regulæ dictum eſt.

REG. 6.

